



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Caput VI. De peccatis Religioni oppositis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](#)

Caput V. De Horis Canonicis.

93

11. Petes, quando grauis occupatio impedit solam officij partem, qua ratione obligabimur ad aliam partem restitandam? Respondso ea ratione, quia diximus pullo ante 2 num. 12 de infirmitate sicut S. Iurez tom. 2 de reliq. 4 cap. 28. a num. 12. eam Doctrinam solum tradit ad infirmum excusandum, tamen Castro palau tom. 2 vell. 7. 2. 3. 6. a num. 4. eam extendit ad quilibet aliam occupationem, & merito; per enim visse rati, ut ex dictis constat, dummodo firma remaneant quae sunt. dicta sunt.

Dispensatio.

12. Dispensatio de Horis Canonicis non percurrent dis potest considerari, vel ut concedenda à Summo Pontifice, vel ab Episcopo, vel à Prelatis Regularenum singuli separantur.

Dispensatio à Summo Pontifice.

Dispensatio etiam sine causa à Summo Pontifice concessa, valida est, ac sufficienter excusat hominem ab his summa solutione. Syl. Tol. Nay. & passim apud Bp. d. 1. de Hor. Can. q. 1. p. 2. n. 5. Ratio est, quia validè Pontifex dispensare potest in iis, quae sunt de jure positivo Ecclesiastico, quale est hoc, de quo agimus ut facetur opinio: sic videatur dispensare, quando scienter dat beneficium infant, vel puer ignoranti, id quod intellige pro tempore impedimenti.

Dispensatio ab Episcopo.

14. Dispensare item validè poterit Episcopus quoad culpam (poterit etiam Vicarius generalis, cum ejusdem Episcopi, ex Merolla tom. 3. disp. 7. c. 6. d. 27. tum Capitulo. Sede vacante, sed non nisi ex speciali mandato Episcopi vel Capituli respectivè, ut habet Merolla ibid. c. 1. d. 1. n. 33. & 34.) dispensare, inquam, validè poterit sed cum rationabili causa in casibus occurrentibus, non verò in perpetuum: si Pellsom. 1. tr. 3. c. 8. n. 124. Ratio est, quia ex una parte, ut est communiter sententia cum Castrop. alios citant, tom. 1. tract. 3. de dispensat. di. 3. 6. part. 4. num. 8.) Episcopus non potest dispensare in lege superiori, nisi quando Superior eidem posse positivè confessit, & ex alia parte valer idem dispensare in eadem lege superiori, quando necessitas adest, nec commode adest potest Pontifex, & multò magis in casibus, qui frequenter occurrente solent; In iis enim ceaseretur Superior potestatem Episcopis concessisse, ne in rebus frequenter occurrentibus ad Pontificem occurrente cogantur Fideles, sed ita est in casu nostro: ergo. Ita idem, ibid. p. 3. n. 5.

15. Dixi (quoad culpam) quia quoad restituendos fratres non potest Episcopus dispensare. Ratio est, quia quoad hos, qui ex justitia restituti à negligente Officium debent, non apparet posse adesse rationabilem causam dispensandi, & applicandi fructus alienos alteri.

Dispensatio à Prelatis Regularenum.

16. Denique de dispensatione pro Religionis exemptione est distinguendum, posse nimis nos loqui vel de subditis aliquo Ordine sacro initiatis, seu forte Beneficiis possidentibus, vel de subditis solum obligatis ad Officium ex universali ratione professionis ad Chorum.

Si de prioribus agamus, poterit Prelatus in suis comedendo modo, quo potest in suis Episcopos, nisi à Superiori fuerit prohibitus; quis prelatus etiam Conventualis, ex Sua, lib. 4. de rel. tr. 8. lib. 2. c. 1. n. 15. (nisi à Superiori limitetur) se habet in hisce casibus frequentibus, sicut Episcopus.

17. Si de posterioribus, facilius poterit idem dispensare: ita Bon. disp. 1. de Hor. Can. q. 2. p. 2. n. 9. dispensatur enim tunc in jure Religiosi, circa quod plus, quam

in jure communi Prelati Religionis authoritatis habent: sicut enim ij possunt in aliis praeciptis Religionis (nisi prohibeantur) sic poterunt in hoc. Hinc colligit Bonacina *ibidem*, Prelatum posse dispensare suos Abditos non initatos sacris, ab Officio ratione studiorum, vel negotiorum.

18. Si quæras, quinam Prelati Regulares possunt in prædictis dispensare? Responde Bonacina, Supremum, nempe Generalem. At ego pro casibus occurrentibus posse Conventualem non ambigo, quando à Superiori non limitatur: quia si potest, ut mox dixi, cum initia, multò magis dum ceteris. Pro longo tempore, si semper non potest Regula certa constituit, consulat quisque Superioris sui Conventionalis autoritatem præferrim vero præxim sua Religionis, & multò magis privilegia. Quodratione Episcopus, vel dicti Prelati si dispensent hinc causa non illicite solum verū etiam in validè dispensent, à nobis *infra lib. 30. 73.* Deo aspirante tractabitur.

Existente denique dubia, an ut excusaris à recitatione, non indiges dispensatione, cámque an petere obligatur ex supra dictis lib. 1. c. 3. §. 7. v. Hor. Can. & v. Dispensat. colligi potest.

CAPUT VI.

De Peccatis Religioni oppositis.

Hæc sunt Perjurium, Simonia, Adjuratio, Superstitione, (quo nomine multa includimus, ut mox patet) Sacrilegium, Blasphemia.

De perjurio & adjuratione agam, cùm de juramento? de simonia cùm de contractibus: hic de tribus posteriorebus breviter differemus. Adest & tentatio Dei; verū hanc ad via Spei aduersa non reducimus *suprà c. 2. §. 2.*

§. 1. De Superstitione.

1. **D**uxplex ea est, Altera, quā cultus Deo debitus trahitur creaturæ; Altera, quā eidem Deo, tribuitur cultus indebitus. Ita Castro Pal. 3. t. 17. disp. 1. de superstitione, p. 1. alioque *ibid.* cit. Quoad priorem, quæcumque veneratio creature impensa, animo illam ut Deum venerandi, mortalis est, soleque distinguunt in quinque species; Idololatriam, Magiam, Divinationem, vanam Obseruantiam, & Malficium, de quibus mox signillatum.

2. Quoad posteriorēm (qua nomine generis vocatur ab solleute superstitione) si tribus Deo indebitum cultum, hoc est, falsum, peccas mortaliter, ut si cum nunc colas per ceremonias Iudaicas, vel Mahometanas, profitereris enim sic veras esse Sæcas illas falsas. At si tribus indebitum cultum, hoc est, verum quidem, sed superfluum, communiter est venial, ut si in Missa unam vel alteram orationem seu versum adderes, quæ non addit Ecclesia. Dixi (communicerit) nam ad mortale posset ascendere, si in sermone aliquod demonis pactum, vel alioque gravissimæ reverentia, vel aliqui sive expressus, sive tacitus contemptus Rubricarum, ut in opus. de sacrific. Miss. lib. 2. c. 5. §. 1. diximus (vel similia).

3. Ex his colligit Sanchez lib. 1. in Dec. c. 37. n. m. 7. turpem sonum, vel turpia cantica profanaque admiscere inter divina Officia ad turpem finem esse mortale, quia videtur coli Deus per cultum falsum, qui scilicet Deo displaceat: quod intellige præter peccatum contra castitatem ob finem in honestum, adest peccatum superstitionis proper irreverentiam, quā modo dicto tunc afficitur Deus Quid si non fiat ad colendum Deum, sed solum ad ipsum finem turpem? Erit etiam superstitione mortalitatis, quia, præter scandalum, adest Dei injuria, dum in Officio divino, ubi colitur Deus, interficitur materialiter id, per quod offenditur. Quid, si non sint turpia, sed

sed solum vana? puto tunc esse veniale, & universum
hanc regulam serva; esse mortale, quando ex circum-
stantiis advertitur esse gravis officij irreverentia, secus
esse veniale.

4. Colligit secundò ibid. a. n. 9. falsas sanctorum reli-
quias intrudere adorandas, vel in signum falsi miraculi,
vel Beneficij accepti, tabellas in templo, vel figure expo-
nentes, falsa item miracula praedicare, vel typis imprimere,
esse mortalitatem. Merito, quia gravis veræ religioni sic in-
fertur injuria: nec excusatio duci potest à bona inten-
tione propagandæ devotionis, cum potius hæc modo
diminuatur, dum aperitur via ad vera neganda; præter-
quam quod Deus verus honorari meriti ac valde ref-
git.

5. Colligit denique Sanchez, n. 11. & 12. jejunare
die Dominicæ, nisi id fiat ad confirmandam Manichaorū
hæresim contra Christi Domini Resurrectionem, ne ve-
niale quidem esse, quia ablato illo contemptu resur-
rectionis, addit & ablato aliquo studio singularitatis (quod
ex se est veniale, quodque magis appetat, si comedendo
aliis diebus, die Dominicæ frequenter quis jejunaret) non
apparet unde ex se esse colligatur vel levius culpa.

De Idolatria.

6. Hæc est illa actio, quæ à divinus cultus tribuitur
creature, illam ut Dæum honorent. Gravissima culpa;
& in Baptizato, si sit cum errore intellectus quo putetur
creature illa Deus esse, est subjecta censuris Bullæ Cœ-
ne: nam si sit exterior, licet mortale sit, & quidem non
vulgare peccatum, est tamen à praedictis Bullæ Cœna
censuris immunis: sed hæc de idololatria sufficiunt, nam
cetera sunt in *supra*, c. 1. §. 3. breviter innuisse.

De Magia.

7. Magia dæmoniaca est, quæ à dæmoni mirabilis
quis expolcit vel expectat. Dixi (dæmoniaca) nam in magia
naturalis, quæ ex scientia, quæ per abditas herbarum, vel
similium rerum naturalium virtutes aliquid mirum agi-
tur cum ea improbanda non sit, hinc nequam locum
habet. Ad hanc magiam naturalem aliqui reducent Al-
chimiam, per quam vilia metalla in aurum commutantur;
quamvis nonnulli ejusmodi virtutem naturalem
adesse profus insinuentur. *lege Deltrium lib. 1. de mag. t. 5.
q. 1. selt. 2. & 3. aliisque passim.*

8. Solet autem ut plurimum inter magum & dæmo-
nem intercedere pactum: Magus enim abnegat Sacra-
menta & Fidem, spondetque dæmoni obedientiam: hic
repromit se facturam quod magus ille soluerit: Hoc
autem pactum erit expressum, si expressa conventione ce-
lebretur inter magum & dæmonem: at erit tacitum, si
magus utatur actionibus mediis magicis non ab ipso,
sed ab alio conventis cum dæmonem; tunc enim utendo
conventis, consenserunt voluntati dæmonis assentiri, & tunc
quie ipso dæmonem invocare: utrumque peccatum mor-
tale gravissimum, licet hoc minus grave, & magis ex-
cationis capax, ut ex dicendis constabit, ubi etiam n. 25.
& 26. regula afferunt ad pactum tacitum cognoscendum.
Cætera quæ de magia cognosci à nobis dæsent, ex
dicendis sicut palam.

De Divinatione.

9. Est inordinata earum rerum, quæ naturaliter sciri
nequeunt, prædictio per media à Divina providentia non
constituta: S. Thom. 2. 2. q. 91. art. 1. *lege Aurel. fusæ*
lib. 9. cap. 12. Sanchez lib. 2. in decal. cap. 18. Hæc media
possunt esse varia: Astrologi enim motibus Stellarum
utentur ad occulta prænoscenda: Aruspices avium vo-
lariibus: Sortilegi sortium iactibus; &c. Ipsæ item res
occulta sunt variae, nimis latae præterita, latae præ-
sentes, sed nobis remotæ, latae futurae. Denique alij sunt
modi eas res occultas dignoscendi, nam aliquando co-

gnoscuntur cum expressa dæmonum invocatione, ali-
quando per fictam mortuorum resuscitationem, que
propriè dicitur Necromantia, non raro per signa vita in
aqua, appellaturque Hydromantia, sive per eadem ap-
parentia in terra, aere, igne, diciturque Geomantia,
Aëromantia, Pyromantia; Huc etiam reducitur, quando
per somnia vanæ, &c. Cum ergo tam varia sint ejusmodi
media, variæ etiam diversæque species solent describi
Divinationis. Nobis ad proximam dumtaxat spectantibus
has ipsiusse sat est: modò notentur tria, & modò de
Astrologia, quæ frequentior est, & de Insomniis separa-
tum differamus.

10. Nota primò: quando intermisceretur expressa dæ-
monis invocatione; committi alterius speciei peccatum,
atque adeò specialiter Confessori aperiendum, immo-
ritus, quā quando est tantummodo tacitum; quia ex-
plícitum addit commercium cum dæmoni, & subinde
promissionem actualem eidem factam, id quod non in-
venitur in tacito, ut à nobis dictum est in opus de conf.

11. Secundò: si divinatio (idem est in cæteris super-
fitionum speciebus) habeat admistum aliud genus pec-
cati, atque dupli peccato, utroque Confessori ape-
riendo peccatur, v. g. si augurium bonum, vel felices
sortes, &c. exquiras ad piullam subornandam, præter
divinationem, aderit & peccatum incontinentia: Ratio
est ex manifesta.

12. Tertiò: ad cognoscendum, quahdnam sit mor-
talis divinatio, hanc regulam habe: Sive per expressam
dæmonis invocationem scribi querantur occulta, sive per
tacita, semper esse mortalē possit tamen per tacitam,
non infrequenter excusari, sed ecce nodus: & quandam
hæc excusatio tandem erit: Evolvo. In tribus casib.
Primo, accidente ignorantia excusabili; Secundò, si
non fiant ejusmodi divinationes animo invocandi, ne
tacite quidem dæmonem, sed jocandi: ita Cajet. in sum-
ma, v. *Dicitur*, modò tamen nello modo expectetur
occultorum cognitione tanquam vera. Si solent excusari,
qui fortes mitunt ad cognoscendum qui sit felicior, qui
infelior; jocandi enim grata id faciunt, non proflus
crederi; Tertio, adeò ex excusatio, si ejusmodi cognitione
queratur non à dæmoni, sed à naturalibus mediis, &
quidem qualis per illa naturaliter habeti potest; præ-
scindendo ab alio inconveniente non est malum rerum
occultum capare scientiam per media tali scientia
præportionata, si apud Divum Thom. 2. 2. q. 95. art. 7. ex
quibusdam avium aliorumque animalium cantibus, vel
motibus prænuntiantur aliqua eventu; ut pluvia, tem-
pestas, ferentia; Imò ex iisdem possunt aliqua, quæ per-
tinent ad hominem: probabiliter colligi, eadem enim cau-
sa, seu constellatio, quæ movet aves, v. g. ad garritus &
moros, mouere potest homines ad ritas & bella: ita
Sancti. in dec. lib. 2. c. 3. & m. 39. Hinc quidam Astrologus, &
non infimus Theologus, cuius meminit Sanchez lib. 2. in
dec. c. 4. n. 17. cum impressiones cholerae, aut alterius inor-
dinati motus ex Cæli dispositione metuebat, le occasio-
nibus vitatis, aut oratione communire solitus erat.

De astrologia.

13. Si ex astrologia queratur quod pertinet ad san-
itatem, vel ad temporum mutationem, ut ad ubertatem,
sterilitatem, vel ad naturales hominum inclinationes,
vel ad sciendum in communis, qui natus sub tali con-
stellatione faceret, non tam ad certò sciendum in par-
ticulari de hac vel illa ratione pendente à libero arbitrio,
non erit, ut docet S. Thomas p. 1. q. 115. art. 4. ad 3.
culpa, quia naturaliter hæc ab astris cognosci, aliquo
tandem modo possunt.

14. Imò ex Toleto lib. 14. cap. 15. Valentia 2. 2.
disp. 6. q. 12. p. 3. vers. jam verò ex conditione. Cajet. in sum-
ma, v. *Auspicium*. Martin. del Rio apud Sanct. loc. 32.
Castro Pal. tom. 3. tr. 17. disp. 1. de superfl. p. 4. num. 6. si quis
per Astrologiam vellet cognoscere aliquod contingens,
liberum,

Deo Placerit, non pauca, quibus totius Questionis cognitio explicatius habeatur.

Est yana Observantia ea supersticio, quā media inutilibus & a Divina Providentia nequaquam institutis procurantur commoditates, sanitates, benevolentia, divinitas, & similia: ita Valentia 2. 2. disp. 6. q. 13. fol. lib. 4. cap. 15. Cajet. v. Supersticio, & verb. Incarnatio, Sanchez lib. 2. in Dec. c. 40. aliique. Vides discipulum Divinatus referunt ad aliquid cognoscendum, vana observantia ad aliquid obtinendum.

24. Hæc igitur, ut patet ex *suprà dictis*, erit cum expressa dæmonis invocatione, atque adeò mortalē culpa, si illa expressè invocetur; erit cum *taita*, atque adeò ex se etiam culpa mortalē, si de facto usurpatur media illa inutilia, ut aliquid obtemperatur. Sed quoniam aliquando non clare apparet, an in hac materia ejusmodi invocatio tacita intermisceatur, & consequenter, An semper mortaliter peccetur, id est ad hoc dignoscendum hæc duæ Regulae afferruntur.

25. Prima Regula. Dæmonis tacita invocatio esse præsumitur. Primo quando solum sunt verba non significativa. Secundo; figura inutilis. Tertio; falsitas, ut quod Christus Dominus habuerit fabrum. Quartu; conditio vanæ. Quinto; promissio effectus infallibilis supra vitæ medianum; Quæ omnia in simili *suprà* sunt explicata.

26. Secunda Regula. Cum vana, observantia ideo sic dicatur, Quia semper aliqua saltæ inutilia, & vana commiscuntur, unde tacita præsumatur dæmonis invocatio; hinc fit, ut ex se semper sit mortalē nisi excusat. Primo ignorantia. Secundo, jocus, modo tamen dicto, cum de Divinatione num. 32. egimus. Tertiu, animus ea non credere. Quartu, cautela; quia usurpatione illorum, ad vitam iis vanis observantias dirigendam, nec semper, nec frequenter adhibetur, ut *suprà*, item num. 20. diximus. Denique parvitas materiae, de qua mox infra, n. 49.

27. Ex his Regulis colligere possumus cum Sanchez loc. cit. c. 3. & c. 40. per tot. superstitiosum esse observare dies, quasi quidam sint fausti, quidam infausti: nolle opus incipere die Martis, nolle die Veneris ingeres praescindere, puerum nolle die Sabbati nere, maiorem vinctiblē aquæ benedictæ uno die, quam alio, certis diebus scopis tangere olearium à vermbus lədantur, servare ova exclusa die Paracæses ad extingendum incendium, multerculas nocte Sancti Ioannis Baptista aliquid precari, auditumque applicari, quo nomen hominis alij cuius audiant, quem suum fore maritum putent, Orationes factas recitare, vel scriptas gestare, quibus à manu violentia, vel ab aliis malis liberari, & simili fortunatos fore se credant, lufores locum seu luforias cartas mutare, vel tantum per surgere ad malam ludi fortunam, avertendam, gallinam gallorum more forte cantantes, ut infortunij portentum occidere, & alia similia quavis merè vanæ & inutilia, nullamque graviorum superstitionem continentia: qua si certò *ordantur*, vel si semper adhibeantur ad vitam dirigendam, cum periculum subfit, ne dæmon se illis certò intermisceat, erunt mortalia: ita Sanchez loc. cit. c. 3. n. 21. At si semel, aut iterum non sit: ut *suprà* dictum est n. 20. Namquamvis Doctores cum Sanchez loc. cit. c. 40. n. 20. & 21. signatè solū esse veniale, in dicto raro casu notent de aliquibus, v.g. de nolentibus suscipere opus die Martis, & de recitantibus Orationes errore carentes, déque mutantibus locum in ludo, & Castro Palauis loc. cit. p. 5. n. 7. ex Suario à nobis *suprà*, n. 21. allato, de sperante prosperum, vel ridente infaustum somnum, tamen quando par est ratio in aliis; eadem erit applicanda Doctrina.

28. Præterea est superstitiosum observare quædam tempora, vel festa Sanctorum ad aliquid obtinendum, idque inediis vanis & inutilibus, ut jumenta die Sancti Antonij novies per ejus templum circumducere, venam aperire die Sabbati, herbas colligere die Sancti Ioannis & similia ferè innumerabilia, quæ tamen tunc erunt

mortalia, quando ex inutilis circumstantia esse putentur infallibilis, & efficaces ad effectum; secus si à Sancto in cuius honoris illa fiant, auxiliū precepsur, & incolumentas: ita Sanchez in Dec. lib. 2. cap. 40. n. 20.

29. Sola protestatio, quā quis nolit effectum experire à dæmoni non est satis ad excusandum à mortali, siquidem per illam solam, pacum cum dæmoni, verbis renunciatur, sed approbatetur factis. Elle autem factis parvitatē materiae mox dicam n. 49.

30. Denique colligit idem Sanchez *loco* mox cit. non esse superstitiosos eos, quos Hispani vocant Empalmistas, qui per empsalmatos, hoc est, per quadam scripturas ex Psalmis, sive ex aliis Orationibus confectas, carent infinitos; ne item eos, quos vocant Salvatores, qui suo tactu, vel Orationibus, etiam incurvabiles morbos parmodo sanant.

31. Addo, nec eos, quos Siculi vocamus *Citanos*, qui, qui nascentur nocte Conversionis Divi Pauli, spūto vel tactu venenosus, felici successu, moribus, ut aucti, mecentur; Ratio, quod hi non sint superstitionis, dommōdū siquid, quod superstitionem sapientia juxta supradicta non admisceant, est quia fortasse hæc sunt gratiae gratis dæce, & quibus vide fuscè eundem Sanchez lib. 2. in Dec. cap. 40. & 45. Castro Palauum tom. 2. disp. 1. de superstitione, p. 1. P. a. num. 15. Valle de Moura de Incant. & Em. psalmis, fol. 2. c. 28.

32. Videbitur fortasse aliqui res hæc esse satis hastenæ explicata: sed certè molestior est, quā primo intuitu adhuc apparet: nam propterea aliquid enucleatæ affecte nequaquam gravabor: & ut expeditior atque distinguit sit doctrina, proponam prius aliquas peculiares superstitiones, quas in nostris regionibus usurpati sibi exploratum est deinde quid de illis sentiendum sit, decernam.

Vane aliquod superstitione nostra state usurpari solita.

33. Isteritiam, quam Siculi *Zafaram*, vocamus, aliqui sanant quodam filio conquistito à telarum textricibus, quod iidem Siculi *Lizzum* appellant, quo quidem filo ægri staturam, ejusque extensa brachia ter metuntur, mox filum complicant, vulgarique forfice super caput, humeros, peccus infirmi complicatum idem filum fecant, addentes interea quædam verba deprecatoria; non lacare sic, & profligate morbum profanter, fanaticæ inducere, si id semel, bis, tertio, continuis tribus diebus, faciant, certò putant; nonnulli cæromaniat illam dimensionis omitunt, cetera quæ dicta sunt expedientes. Ipmō nos nemo solùn suprà caput non verò supra humeros, peccusque filum fecant. Suni & alij, qui eandem cœulant habentes, ut Isteritiam patiens mingat in herbam Matrochium, quæ in ipso fundo vasis sinarij in quo mingunt, sit imposita.

34. Morbo caduco quidam acceptus in via publica penè mortuus humili prostratus cum jacuerit, accedit quidam ex plebe, in præsente, qui obmuturavit quidam in ægri auriculam: quo murmur æger, quasi ex pergefactus post paululum sensus recuperavit: Curiosus ego à senè forte altante familiari nro interrogavi, num sciret quidam illi in ægri autem insufflaverit? Respondit, se scire, fuisqué hæc sola verba: *O creatura Dei, memento Creatoris nři*: Præsens amuletum, inquietus, contra mali caduci affectionem: Simile quid usurpant nonnulli, cùm equi dolore intestinorum vexantur: quædam enim verba insufflant in corum ægrotantium aures, quibus eos ad sanitatem revocare se jactant.

35. Qui die festo Sancti Stephani Protomartyris pane & aqua jejunat, & ritè confessus communicat, non moritum ab alio occisum, etiam multis iestibus sit impetratus, nonnulli prædicant.

36. Si forte ad convivium invitati sint tredecim, pro infelici omni habetur: nam sicuti in Cœna ultima Christi Domini ex tredecim unus Christus defunctus est; ita unum ex disuibentibus moritum timent: sicut

Caput V. De Peccatis Religioni opposit.

97

fuentem colibent aliqui, simili versu ex Psalmis: *Liber me de sanguinibus.*

24. Denique, ut alia taceant, quidam quibusdam precibus & Psalmis, additis Verbene, aliarumque herbarum suffumigis, morbos quosdam propellere profertur. Adhibent nonnulli, praeter herba, oleraque comonia, quam benedictam, vel incensum, vel sal benedictum, & similia.

25. Ut hæc mihi explorata, & sexentena similia non cognita comprehendam, & explicem; Tres modos, quibus ejusmodi superstitiones usurpari possunt distinguo: Primus modus apponit sola Sacra: Secundus sola non Sæda; Tertius utitur utriusque. Iam de singulis distinximus; solum pro cognitione terminorum adverte, quando res sacre apponuntur per modum orationis imperatorie; ac velut ex opere operantis, appellari à nonnulli, benedictiones, seu Cæmonias invocativas, quando verò apponuntur instar operis operati, quasi ex vi & institutione sua apta sint effectus speratos operari, dici ab iisdem Constitutus: ira Emanuel Valle de Moura in opere de incant. & Empl. initio, & per tot.

Sola Sacra.

44. Verba ex Psalmo devote profers, ritè jejunas die sancti Stephani, preces, si non ab Ecclesia approbatas, certè piè compositas privatim Deo, vel Sancto fundis, vel in papyro ritè scripta tecum geris, uno verbo religioso quid agis, vel recitas ad sanitatem, vel grave quid tibi utile (nam si ad vanos, inutilesque effectus dicamus, Horæ Astronomicæ ad medium Horæ Astronomicae, An Italice intenctus à praetato filo, sed questioni nemo mihi unquam expertus posuit respondere.

Venit post hoc scripta, dum has meas lucubratio-nes P. Philippus Septimus Vir omnibus virginitibus, omni哲 Philosophie, ac Theologia literatura excultissimus, iussu N. R. P. Generalis, antequam ex publicæ locis datur, de more relegetur, ubi in hac, quæ scriberat de filo hoc heratio incidit, mē pertinacè conseruit reticulæ, se, cum Roma degeret, audivisse ab Eminentissimo Ioan. de Lugo tunc ipsius P. Philippi in Theologis præceptore, plane illud, quod ego diutius expuleram. Dom enim publicam lectionem Auditoribus excipientibus dixaret idem de Lugo, narravit, se in Hispania sepissimum hoc fili artificio in vasecula impenetrante, ad horas dignoscendas, usum feliciter esse, ratus vera esse, que ab ipsa pueritia didicesar, motu saltice pulsus, & celestis alicuius constellationis occultæ vi, eos horatius iustus in lateribus vasis edidit.

Porro cum iam erate ac sapientia major Romani ad docendam ibi Theologiam agitius ad primos fines Italiam perueniatis, ubi Horologium Italicum usui compendierat solere esse probe sciebat, cum voluisse cognoscere; quia tunc hora esset, filii de more vase illo sufficeret. Verum, ecce tibi, edi iustus non ad numerum Horologi Astronomici seu Hispanici, sed Italicæ, ita de dederit, v. g. in die Aquinotii, ita diutio ortus Solis iduus duodecim, cum debauisset, per Horologium Hispanicum, dare tantummodo sex) admiratum se id esse refabatur, atque cœvulsius illud artificium superstitionis esse: In tante enim vicinitate locorum, quæ inter fines Italizæ, & ultra montes intercedit, neque polliciter artificium, nec stella vela tantam Physicam mutationem patere rationabiliter potest.

Si enim iustus ad placitum hominum pro horis signans instituti tam ex arte, pro diversitate placitorum, ab illo solo producuntur, non naturæ opus, quidam semper etiam sed alterius virtutis esse manifestè convincitur, quæ non nulli ex damonis pacto provenire comprobant ex dictis paulò superius. Hæc ille Quare hujus venientis enarratio Decisionem mean, quam inferius. 79. ponam, nempe hoc artificium redolere superstitionem, ita confirmatis ut jam, ne ipse sic legas, Amice Lector, Filium adhibere ad horas dignoscendas superstitionis nulli videatur: sed hoc modo Filium adhibere ad horas dignoscendas superstitionis est. Sed ad cætera pergamus.

40. Canes latrantes nonnulli compescunt, ac pedem mutos reddunt, & blandos, illud Psalmi proferentes. *Iachamo & freno maxilla eorum constringe.*

41. Sanguinem è naribus vel in magna copia pro-

Part I.

I sanguinem

E IV

47. Eadqm Doctrina utimur, si loquamur de sacris precibus, vel versibus Psalmi, sive canum latratus, sive

sanguinem, sive morbum quemcumque cohibentibus : hinc Cassiodorus Psalm. 115. meritò dixit fuisse variis morbis efficax remedium trinam recitationem hujus versus : *Domine, diripiisti vincula mea, ibi sacrificabo hostiam laudis : quod recte inclexit Sanchez lib. 2. Dec. cap. 40. num. 36.* non esse id superstitionem quando nequamquam ab ipsa terna repetitione, sed à deviatione ter repetente in honorem Sanctissime Trinitatis effectus (& quidem non infallibiliter) intendetur impetrari.

48. Quando ergo hisce sacris aliquid inutile, seu vanum misereri continget, regulau hanc serva : Te Securum esse à superstitione, si quemmodum corrigas prædictam infallibilitatem credulitatem, sic corrigas, vel tollas illas circumstantias vanas, & inutiles, & consequenter pericolo superstitionis expositas ita Sanchez ibid. num. 31. Verbi gratia, ad sanitatem, vel gratiam impetrandum requirit quis, ut missa dicatur cum vestibus incongrui coloris, vel ut preces novices effundantur, vel affratur in eleemosynam ad Sacram Aëdem pondus eternum æquale ; vel candelæ eternæ longitudinis eidem infinito æquales, &c. S. Missam celebres, si preces effundas, sine filio colore incongruo, & sine illo signato numero precium, ac sine illi præciso, iammodo cum maiore pondere, &c. ritè eas vanas circumstantias tollis, si vero idem novies Orationem effundas, novem Angelorum Chori tibi auxilient, ideo te, quia Sanctissima Triadi fidem, reverentiamque proferis, ritè corrigas, & utroque modo actionem illam à superstitionibus liberas, eaque vti (sed semper sine infallibilitate spe) tutò poteris.

Pati modo, si morbum caducum patienti insuffletur ad autem illud, quod dixi num. 34. ob finem vanum, vel ut clara ea verba diuantur, suspicio magna est superstitionis : at si insuffletur ut morbum patiens sandire possit, Deoque se commendare, ablata certi eventus credulitate, correpta videtur superstitione. Quo pacto non potest corrigi insufflatio, modò num edem dicta, in auresequi, quare tollatur haec omnino, & sic emendabitur ejusmodi superstitione : ita Sanchez lib. 2. cap. 42. num. 35. fine.

29. Dicitur autem est num. 45. (nisi parvitas materiæ excusat) nam licet Valentia 2. 2. disputation. 6. questi. 13. cui addit la Turri 2. 2. tract. 2. questi. 9. 5. art. 2. d. 2. concedat ; Sanchez loc. cit. cap. 40. num. 13. neget in superstitione posse inveniri parvitatem materiæ, tamen virtute convenienti ; quod si modice sunt eiulmidae vanæ observationes, semper esse veniale peccatum. Valentia, ex ipsa natura parvitas, quam hic inveniri posse docet, cum ex eo solo parvo commercio tacito cum dæmoni, non immineat notable salutis damnum sic operanti : Sanchez vero ex eo, quod posita parvitate materiæ, cum actus non fiat serio, sed poco & curiositate, vel ad expertiendam, vel denique ex animi quadam levitate, erit imperficiens, atque adeò non erit ne vocabitur superstitione, sed animi levitas, & consequenter solùm culpa venialis Ponit uterque exemplum Cajetani, in summa, v. Iacchitao, de volente moveri annulū dicit, subiudicat Psalmi verbis ; id enim semel facta, modò explicato num. 19, veniale esse ambo conseruat. Multò ergo magis excusat à peccato, qui (ut hoc hac occasione tam dican) naturalis sola, seu sola non Sacra cum ejusmodi vanitate, seu animi levitate semel, vel iterum sine spe infallibilitatis ad effectum quempiam etiam levem, & vanum consequendum usurpant. Ratio est eadem, quia exiguum periculum deceptionis adest. Vide tamen quandam cautelam mox apponendam num. 72.

50. Dices hoc ipsum, quod Verba sacra, precessus afferantur ad vanos, inutilesque effectus obtinendos, (v.g. ad motum annuli) gravis est superstitione, quia Deus non se intermisceret his rebus vanis, unde convincitur tunc expectari effectum à dæmoni ; Respondeo ita esse. Ideo enim potanter diximus num. 44. ad sanitatem

vel grave quid tibi utile obtinendum) quando ergo Sacra adhibentur ad effectum levem, & inutilē etiam sine infallibilitate, erit ex illis & genere suo morale, quia est irreverentia respectum sacrarum, non famen proprieta non est excipienda parvitas materia, modò dicta num. procedere.

Sola non Sacra.

51. Quando ad aliquem effectum consequendum, nil nisi quid profanum seu non Sacrum adhibes, quod vires non habet ad illum effectum, superstitione utris, quia tacite, modo supradicto, à dæmoni illum exceptas.

52. Certum autem hac in re est, ut his temere ex parte explicito, vel tacito cum dæmoni, esse per se mortale. Ratio patet ex dictis.

53. Certum secundum est ; iisdem uti cum discreto, & prudente, ad habendos effectus vere naturales, ad quos medium à te adhibendum vires habet, licet oculatas ; nesciat, quia id nullam prorsus sapit superstitionem.

54. Certum denique tertius est, hinc adesse multo magis paviditatem materia, ut per occasionem modò dixi num. 49. fine.

55. Illud hinc ubi Sacra non apponuntur, sed naturalia, adverte, nec sciam non esse eam cautelam, quia effectus non sit infallibiliter expectandus : cum enim à causa naturali, quae necessariā agit, illum expectes, tanta certitudine expectare licebit ; quantam afferet vis ipsa causa naturalis. Contraria, necessarium etiam hinc erit, ut tollantur, vel corrigitur verba, vel circumstantiae vanæ, inutilēs (si quæ forte irreplerint) modo supradicto à num. 45.

56. Nota insuper hoc reduci posse, quando aliqua sunt, ut fieri omituntur spe boni, vel timore mali eventus : siquidem communiter hinc Sacra non sunt, ut nolle iter incipere die Martis, nolle tredecim invitatos simul discipiñere, &c. de quibus tamen nihil superstitionem praeter ea, quo num. 27. & 49. dicta sunt, & dicam à num. 73.

Sacra simul, & non Sacra.

57. Non est nobis hinc sermo quando cum irreverentia profanis Sacra miscentur, ut si Oleum benedictum, Sacram Eucharistiam, & similia adjungerentur : id enim sacramentum esse per se conflat. Sermonem igitur solum, habemus, quodando, præciso alio inconvenienti, Niguis res Sacras, eam vanis adjungit ; v.g. Orationem Sacram, vel aquam sanctissimum sal, benedicta unit cum ciculo, ad movendam filum, vel morbum curandum, vel cum herbis, & medicamentis naturalibus ad sanandum infirmum, &c.

58. Dico primò, si res naturales adhibentur ad obtinendum effectum ab illis solis effectum expectandum, Sacra autem illa solū apponuntur ad precandum Deum, cum debita reverentia, & fiducia, idem dicendum, erit quod maximus à num. 51. quando adhibentur solū res naturales. Ratio est, quia tunc à se solū naturali effectum naturali exspecta, rēque sacra ritū, & sine culpa, modo dicto, afferatur, ut supponimus.

59. Dico secundo, si Sacra adhibentur, ut ab illis solis effectus speretur, res autem naturalis adjungatur, ut aliquid juxta ejusdem rei naturales vires ea conferat ad effectum : idem dicendum est, quod diximus n. 44. quando adhibentur sole res sacra ; Ratio est, quia cum à sola re sacra effectum præstoleris, res autem naturalis sine pecato adiungatur, sola res sacra est consideranda, quam fatis ibidem consideramus.

60. Dico tertio, hæc sacra ita miscere cum rebus naturaliter operantibus, ut ea credantur his indigere, seu ab his habere vim efficacem, esse meram superstitionem. ne dicam hæresim ; sic enim spiritualia

Quid

D

quando q

difficili

quæmedic

allegatio

in judic

quis ant

gitudin

h non co

contraria

admittit

41. T

disciplina

qui no

merita su

gale est

Sed c

Platina

proclus

Mercuri

inductio

Ego non

Do, ve

do natu

Leg. S

inabil

que cer

demoni

Inter

tu ad l

admonit

ut, qu

ego ho

am me

tum co

63. In

mixtum

le, pr

son el

te re

nondem

in dub

ui illi

que ex

& mu

cum

terti co

letio

cimo fi

tuem

do sej

vitru

spicile

iniqui

pene

pati

dente

64. viru

effici

elle p

Caput V. De Peccatis Religioni opposit.

99

et facta aequaliter naturalibus, immo illis postponit
se. Quando sacra adhiberentur cum non facias ad ha-
bitum effectum inutilem, & vanum, neq; est dicendum
quod a. 50. jam diximus.

Quid agendum, quando hoc in re adest dubitatio.

51. Difficultas huius cardo in eo versatur, utrum
quando quis te quipiam naturali sola uitetur ad aliquem
effectum, quem in libitem expectat, nec vider, an
cummodi res tantam vim habeat, sed nec vider; facta
allegata quacumque, an non habeat, utrum, inquam,
si judicandos superstitionem committere? Vider, v. g.
qui annum pendentem è filo dare signum horarum,
gladium medicatum afferre sanitatem a gradi distanti, &
non constet haec naturaliter operari, sed nec conser-
contrarium, scilicet superstitione judicanda, & ab illis
abstinentiam?

52. Tradunt nonnulli regulam universalem: Quo-
dunque effectus quilibet eratetur ab aliqua causa,
que non cognoscatur habere vires ad illum, toties est
nec superfluum illum à tali causa expectare. Ratio re-
gula est, sicut quia tunc expectaretur solùm à dæmonie.
Sed certè doctribus haec regula nequaquam placet:
Platina enim sunt in rebus naturalibus, quorum us
us nos latet noscible virtutem Magnetr, Succini,
Mercuri, seu Argenti vivi, circa ferrum, paleam, pre-
ciosius metallum, & sexcenta similia. Non igitur valer,
Ego non cognosco, unde sit hic effectus, ergo est à
Deo, vel à dæmonie: poterit enim procedere ex causa
illi naturali, cuius vis mihi incognita est, & occulta.
Læt Sancum Augustinum lib. 14. de Civit. cap. 24. qui
mirabilis à quibusdam hominibus facta esse recenser,
quæ certè ignarus virtutis naturalium causarum facile
demoni tribueret.

Inter hos hominem nomine Restitutus refert; qui
iu ad libitum alienabatur à sensibus, ut etiā ignem
admetere non sentiret, & alium, qui sudare solitus
erat, quoties solebat, & multos, qui flere. Equidem,
ego hominem ex nostra Societate cognosco perfamilia-
mentum, qui quoties ei liber compōsitis ad mēstī-
tū oculis, lachrymas emittrit.

53. Formemus ergo probabilem hanc regulam, quam
ponit Sanchez lib. num. 44.

In his rebus naturalibus, quoties non appetit im-
mixta aliqua superstitione, ut sunt verba incognita, deter-
minatus numerus retum impertinet, vel, quid simile,
prælendum est pro viribus naturae, atque adeò
non esse culpam (præscindendo ab Alio inconvenienti)
et rati. Ratio regula est quia, tunc res est dubia, à dæ-
monie, an à vir occulta naturali sequatur effectus: at
in dubio, melior est conditio nostræ voluntatis volentia
ut illis actionibus. Rursus, est melior conditio naturæ
ex eis factis contingentibus præsumenda est potens,
& multum mirabilis in suis operationibus. Quamvis
enim ipsi vis vel à Doctissimis non videatur in se, po-
tentia cognoscendi in suo effectu, & hunc discursum à po-
tere, formari. Scuti, quia video à Magnete, & Suc-
cino ferrum, & paleam trahi, cognosco in illo esse vir-
num trahendi, ita, quia video sanitatem fieri à gla-
dio solis naturalibus medicamentis peritudo, colligo
vitrum illis occultam inesse. Agrum absenter sanandi,
vide tamen quod hoc exemplum, que dicam mox n. 77.
Ipsidem Caramuel lib. 3. th. mor. num. 1381. Si quid rarum
inquit, vides, gratias age naturæ conditoris, potissimum
præmissum condidit: hoc suppono: sublatere aliquod
patrum, aut demonis interventum, quoniamque videam evi-
denter, non credam.

54. Evidenter autem constare effectum non esse à
viribus naturæ quadruplici saltem via posse. Primo, si
effectus adè esset super naturam, ut à nulla naturali vi
esse posset; qualis esset manifestatio secretorum cordis,
mutui resuscitatio, &c. numerat inter hos Sanchez
p. 1.

statim ab infirmitate convalescere. Sed licet id in re adi-
catis infirmitibus venum regulariter sit, potest tamen
in aliquibus, praesertim repentinis morbis contingere, ut
remedium naturale illos statim expellat; pravum felicit
humorem, sicut ignis aquam, vel extingendo, vel tem-
perans. Novi Caltanissetæ in patria mea hominem
jecori angore affectum, atque ita incensum, ut in ip-
sa exteriori carne jecori proxima turpis appareret nigre-
do, qui, dum aquam ex nive frigidam, sic consulentibus
medicis, ebiberet, dolorem in ipso actu bibendi minui,
nigredinem vero (ipse ager id mihi reculit) in eodem
actu ita sensim dissipare, ut aquæ epotæ locum cedere
q; dñi vicit videlicet.

55. Constatet secundò, si Docti viri, & prudentes
firmarent causam illam impotentem esse ad talen effe-
ctum producendum, secundù, nihil certum in Philosophia
pronuntiari posset, ut Valentia docet apud Castro Pa-
lauum tom. 5. disp. 1. de sub. p. 10. num. 1. Placeat hoc dictum:
sed est temperandum ex doctrina modo data, quâ dictum
est mirabilem aliquando, si Doctioribus esse naturæ
potentiam.

Colligere herbas tali die ad aliquem effectum, fateor
perspè esse superstitionem: Verbi gratia, nocte Sancti Ioannis, die Sabbati Sancti, &c. si non est in illius
mysterij reverentiam: & tamen aliquando esse quid
naturale, ut potentior sit virtus herbarum collectarum in
Æquinoctio, quam in Solsticio, Vere, quam Hysme,
&c. quando scilicet herba est in incremento, non ve-
ro in decremente virtutis, vgl. quid simile, negari non
potest.

56. Constatet tertiod: si adhiberentur quadam
quaæ alias in iisdem omnino circumstantis apposita, clarae
apparuit ejusmodi vi nequaquam pollere. v.g. exper-
tus fura lapidem vulgarem nequaquam ferrum attrahe-
re, si ergo attrahit, tunc pronuntio non esse id à virtute
lapidis.

57. Constatet quartò. Si vana, & superstitionem
sapientia naturalibus admiserentur: prohibui nudius-
terius cuidam honestæ matronæ, ne uteretur filo illo
à Virgine dulce, de quo dixi num. 38. quia author
ejus medicamenti voletat ad se prius afferri filum, si
quidem ad usum paulò post remissi. Profectò ex
hoc, aliisque circumstantis certam conjecturam feci
de tacita aliqua obmurmuratione: nam ceterum,
si filo dumtaxat uiri voluntas, non utique fortasse pro-
hibui; Rupertus lib. 1. tom. 3. de Trinitate, cap. 1.
apud Valle de Moura sct. 2. cap. 8. numero. 15. ad illa
verba Genes. 3. Ponam inimicitiam inter te, & mulierem:
Si nuda, inquit, mulieris planta dentem Serpentis præ-
venerit, & devacissimum caput ejus vel leviter presserit,
statim totum cum capite corpus repente interis, ita ut
omnino morus nullus, nullus sensus in aliena parte resi-
diuus sit, id quod non malevis, aut veetibus, aut gladiis
concedentibus citio ac leviter effici potest, si quidem exci-
sum caput cum tribus, aut duobus digitulis vivere, &
abire perhibetur; Hoc quid prædictum est, ita esse, ip-
sorum, qui per industriam exploraverunt fide, &
relatione comperimus; Haec tenus Rupertus. Si ergo mulier,
non autem vir, id efficacie habet, cur non postea Virgo
innocens, non vero mulier corrupta aliquipus efficacie
nobis incognita particeps esse, ut suis manibus, in modo
etiam suo sputo, quo feminæ solent necno filum inungere,
occultam virtutem ad aliquem morbum propellendum
communicare? At quia, ut dictum est, Author
medicamentis certam mihi suspicionem ingessit vanæ, &
superstitiosa obmurmurationis, vel similiis, fuit merito
repellendum.

58. Supereft alia non minor difficultas. Quando con-
stat effectum quipiam admirandum non posse esse à
causa naturali, v. g. sanitatem moribundi à scripta qua-
piam carulla; an statim iudicandum erit à dæmonie esse,
non autem à Deo, tunc enim, quia dubium vertitur,
sitne à Deo per gratiam gratis datum, an à dæmonie,
tacite inviso, quid præsumendum?

I. 2. Cemps

H. IV

Communis est Doctrina præsumendum adesse pactum tacitum cum dæmoni: Ratio est quia cùm res illa, quæ adhibetur, non sit causa naturalis effectus, erit regulatiter solum signum, ad cuius positionem vel Deus, vel dæmon effectum ponat: cùm autem non sit Deus, quia de Sacramentis solum, vel sacramentis aliis tale quid per revelationem habetur, non verò de aliis, restat non jam esse dubium, sed moraliter certum, illum effectum fieri à dæmoni.

Multò magis, quando achibentur signa vana ad effectum obtinendum: iis enim se Deus non immisceret, immisceret verò se fassissim dæmoni; Vide Valle de Moura de incant. & emp̄. sc̄l. 2. cap. 18. qui solvit aliquas questiones in contrarium.

69. Dixi (regulariter) nam mihi non semper placet illa Sanchez argumentatio lib. 3. in Dec. cap. 40. num. 40. Hæc ceremonia vana certò non agit ex vi naturali ipsius, nec ex vi divina; ergo ex pacto cùm dæmoni: Non, inquam, placet, quia potuit haberi effectus calu & fortuitò. Confirmo, & applico. Experiencia compertum est nonnullos impostores; ut pecunias extorqueant, prop̄ Marte componere eas vanas ceremonias. Quod si quando habeatur causus effectus, ij se sua virtute jastant; sicut, assurunt p̄tē non esse exhibitan ceremoniam. Febrim quartanam, v. g. quidam amovit, propinata ad manducandum papyro quibusdam circulis scripta; non rectè argumentari; sanitas hæc non fuīt à Deo per miraculum, nec à causa naturali, ergo à dæmoni; potuit enim esse, ut evenerit ex defectu humoris peccantis, qui tunc defecit, quando amuletum illud inscriptæ cartula manducatum est. Expendens igitur sunt omnes circumstantia perditiligerent. Et quidem in his similibus examinandis, Theologorum, Doctorumque peritiam esse non Opportunam modò, verum etiam omnino necessariam certum esto.

70. Adhuc duo notare libet. Primum, si in ejusmodi dubio infallibilitatem, sincero animo, excludis, nec certò expēctes effectum, jam liberaris à superstitione mortali, si semel aut iterum eam opereris.

Ratio est, quia si id cum prædictis circumstantiis absoluē diximus supra, n. 45. fine, multò magis in prædicto dubio, & merito, quia tunc vel actus imperfetus, vel non est grave periculum commercij cum dæmoni, seu alterius notabilis inconvenientia, ut ex ibid. & num. 46. dicitur colligi potest.

71. An vero, si tu semel aut iterum dictas superstitiones usurpes, usurpet tamē frequenter is, qui ad te sanandum accedit, an; inquam, propter tuam necessitatem excusari à mortali cooperazione cum ipso, est questio similis ei questioni, qua querimus an possis petere solutionem maleficij ab eo, qui cum peccato folitus est de quo mox §. 2.

72. Secundum. An usus dictarum superstitionum possit aliquando justificari ex eo capite, quod propter meas necessitates illis utar? dico, si certum esse superstitionem, nonquam licet. Ratio est clara, quia superstitione est intrinsecè mala; involvit enim competentum Dei, dæmonisque reverentiam: si autem dubium est, an sic superstitione, sive quia potest effectus attribui capte naturali, sive quia, cùm non possit natura attribui, dubium omnibus pensatis est, a Deo per gratiam gratis datam, an à dæmoni per pactum; dico probabile esse (nisi alius aliunde obsteret) posse te cum potestate mox in fine hujus numeri dicenda, ex tua notabili necessitate sine peccato ea uti. Ratio mihi non est intrinsecā, quia etiam hic militat argumentum factum num. 68. ubi vidimus ceremoniam, de qua dubitatur, esse à dæmoni, vel à Deo statim esse certum moraliter, à dæmoni procedere, atque adeò esse intrinsecè malum: sed est extinsecā bonorum Doctorum, sic enim colligit à Salas, licet nobis contrarius Valle de Moura dicit. sc̄l. 2. cap. 1. Salas (2. 2. tract. 8. disp. 17. num. 154.) p̄mitat regulam illam, quod in duabus tūtor pars de p̄cepto sit eligenda, quam alia tenet, limitatione, quando ex eo incurritur notabile, seu

magnum nōcumentum; probat, quia lex dubia in eo casu non censetur sufficienter promulgata, citaque pro se Suarum & alios, unde saltem ad mendaciam vulneribus, infirmatis, alijs ve signis malis; fas erit in dubio illis uis limitationem, vera, de qua Salas, judicas Sanchez (lib. 1. in Dec. cap. 19. num. 32. & in eandem videtur incidente n. 37. fine) probabile, sicut contraria probabiliorē. Hæc Valle de Moura, quæ tamē num. 28. refellit. Verum Lef̄sius lib. 2. cap. 44. num. 46. sic docet aperte.

Non est hictum ut̄ remedio, de quo dubium est an committat facitam demonis invocationem, hoc enim est, se expone manifeste periculio superstitionis, risufoctiū stat cum expressa voluntatis contraria protestatione. Hæc Lessius. Vide Lessius sentire, te wallatum hac cautela, quā facile muniri vales, posse ut̄ co remedio, ob necessitatem, scilicet recurranda sapientias.

Decernitur quid sentiendum de superstitionibus allatis à num. 33.

73. De Ictericia sanitate ex filo, explicata num. 33. sic pronuntio. In ea sananda, omnia apparent vana, quaerat p̄fecta ab illa erit ablinendum; utrum autem ex dictis num. 49. & 73. colligatur posse semel, apt̄ iterum, vi- deant me sapientiores.

Eadem Ictericitatem, mingendo in herbam, expellere, de qua te memini codem num. 33. fortè superstitionem non est, si nihil aliud addatur; posset enim esse vis naturalis herba Marrobi Ictericitatem contraria que herba, per eodem meatus, qui propter urinæ exiūtum appetiente, emittit exhalationes suas ab calida urina excitatas, in interiores partes corporis, malam Ictericitatem taliter repellentes. Confirmo; nam aliqui hoc morbo infecti eandem herbam ponunt intra calceos; alij sub nudis plantis pedum; alij fructuofus alligant ad nuda crura, teneisque se hoc remedio testantur. Fortè, quia ejusmodi herba occulta vi Ictericianam bilentem avertit, dissipat; vel certè mitigat. Nam non omnino ab ejusmodi mictu, qui alligatione se fuisse valetudini redditum quidam adolescentes mihi narravit, sed solum aliqua ratione reflectum: qui tamen addidit tandem omnino se sanitati restitutum intra paucos dies prædicta fili se catione fuisse.

74. De verbi insufflatis in aurem patientis malum carunculam, vel equi regrotantis, quorum mentio est n. 34. Tard teniendum diximus, satis num. 8. fine.

75. Iejunium sancti Stephani, de quo num. 35. qua ratione probandum sit n. 46. explicatum.

76. De decimo certio nolente ad convivium sedere, de quo diximus n. 36. assero: si id quis faciat, non certa credulitate, sed quedam, levi timore ducus; de mortali non̄ esse damnandum. Vide in simili num. 20. 27. & 28. R̄ili olim quoad hanc rem, & simul aunicum sum lacrymatus. Cū agerem Montis Regalis, tredecim ex Canoniceis invitatis simul discubuisse, ejusmodi superstitione parvi facientes.

Porrò die sequenti quidam ex Collegio Canonico rum, qui invitatus ad convivium non fuerat, obvius esu procedens uni ex convivis dixit fore, ut ex ipsius tridecimi usq; eo anno moreretur, qui alter subridens respondit; potius fore ut ipse non invitatus ē vivis desineret, quād unum ex invitatis, adeò yanam eam obseruantiam se existimat. Hæc non insufflant responsum mihi idem, qui respondit, cum tuis narravit, & ego, facteur, cum plausu illam excepī, sed cum lacrymis, non post multos dies amicum illum, qui convivio non interfuerat ē vita ab inexpectata sublatum febre, sum prosecutus.

77. Glādij meditatio dicta num. 27. videtur manifeste superstitione, si quidem nihil naturale vel divinum in eo effecta appetet. Apud Vecherum de decretis nature describatur hic medendi modus, & ego eum curiosè legi, volui eundem relegere post aliquot annos in nova(inquam forte incidi) ejusdem libri editione, nec inveni

Caput VI. De Peccatis Religioni opposit. 101

tereni, expunctumque propter nostram rationem meriti credidi. An semel aut iterum propter necessitatem infirmi posse id temerari, quasi dubia sit ipsa ratio, propter dicta n. 72, vel quae sit parvitas in serio propter allata.

n. 43 decernant docti, & timorati.

¶ 8. De Channabaco filo à Virgine deducto, de quo dicitur n. 38, quid sentiendus satis innuimus n. 67.

79. Filium adhibere ad horas distinguendas, eo modo, quo vidimus n. 39, superstitio sum mihi videtur, & vanum, an tamen solum veniale sit semel aut iterum ex vanitate, vel curiositate id experiri velle ut etiam annulii mortui, de quo n. 49, semel eadem curiositate velle cognoscere, collige ex dictis num. codem. 49. Certè velle experimentis ex joco quid accidat; si filium cum annulo adhibeatur ad horas distinguandas esse veniale docet P. Vincentius Tancrei 1. tom. de Rell. tr. 2. lib. 2. d. 4. n. 14. affect. Ne Sanc. cap. 9. n. 11. Sanch. Bonac.

Vnum de hoc filo advertas velim: nam Baldelli t. 2. disp. mon. 12. n. 1. si loquitur: Ad hanc Hydromantiam reducitur ex Delrio lib. 4. cap. 1. q. 6. scđt. 3. Si quis per annulum de filo suspensus, & intra aquam immersus inten-
dit cognoscere, quæ sit hora, ipso annulo certis itib⁹ ex se passante latra vasis. Hæc tenet Baldelli. Ad eam autem Delnum, is certè loco citato hæc habet verba: Vna species Hydromantia fibebat per annulum de filo suspensum in aqua, & vasculi latera constituit itib⁹ pulsarem. Hec Delnus. Adverte igitur aliud esse hæc quod de ho-
nis per filium cognoscendis huic explicetur, & aliud quod Delnus protulit, quæ duo sumus confundisse videatur Baldelli. Probatur: Primo, ex verbis iurisque inter se collatis. Secundo, quia ea supersticio fili ab utrisque his auctoribus vocatur, & Hydromantia, id est, Divinatio per aquam, & sit in vale, in quo sit aqua: at in casu no-
tito nulla adeit, nec a deesse debetqua, ego meis ocu-
lis plures aspergi. Tertio, nec in codem in nostro deber necessario esse annulus suspensus ex filo, cum satis sit quilibet grave filo, serice, vel simili proportionatum: ne annulus debet in aquam immitti, quæ videatur re-
quæ à Delnio. Quarid, quia noster casus solum est ad di-
guendis horas diei vel noctis: cum supersticio à Delno descripta videatur esse absoluta, atque adeo ad alios item finis.

Rufus idem Baldelli ibid. d. 15. n. 5. sic habet: Si quis annulum filo appensum dignis teneat intra aliquod vas, & promovet certum aliquem versiculos Psalmi: Ad hoc, ut annulus ex se moveatur ad latera vasis, & cōtra illius numero dei horam diei; ideo est supersticio, quia verba sacra adhuc ad effectum vanum, quæ est mo-
tu annuli, ex hora pulsatio. Hæc nus ille: Qui adhuc nostrum casum vel non tangit, ejus plenam nota-
tionem non habuit ut signatē tangat. Nam in casu no-
stro nullus Psalmi versiculos usurpat, ut ego sicut
dixi, scepis vidi. Verum hæc pro curiosis innuisse est.

80. Verba sacra pro latratu canum, prò que effluente fanguine, quiorum mentio facta est n. 40. & n. 41. & pro mortuum expulsione de quibus n. 42. amota certa ex-
pectatione & vanis, si forte adhuc, cæmoniis, esse lici-
ta, colligi potest ex n. 45. & 48.

§. II. De Maleficio, ejusque dissolutione.

Maleficiū sive amatorium, quo Malefici utun-
ture ad flectendos animos ad amorem, sive ve-
nificum, quo iudicem utuntur ad occidendum, ad infi-
rendum morbum, ad bona temporalia adipiscenda, &c.
et vis ac potestas nocendi alii ex pacto expresso, vel
tacito cum demone; Hoc reducuntur peccata Lanja-
tum, seu Strigum, que Latinæ Sage nuncupantur, quæ
duo potissimum quærum; delectationes nimis ira-
turæ ex commissione cum demonibus, & damna in
aliis, &c. Quoad hæc porrò vide Authors, Sylvester
v. Malif. Tolet. lib. 4. cap. 16. Azor. 1. part. lib. 9. cap. 25.
& 26. Val. 1. 2. disp. 6. quest. 13; p. 4. Sanch. lib. 2. in Dec.
Part. L.

cap. 42. & lib. 7. de matr. diss. 95. Suarez, Delrio, alijs
que ab iisdem cit. nobis enim satis sit tria vel quatuor
hinc adnotasse.

¶ Primus quando occurrit deferrī à penitente peccatum maleficij, duo examinare Confessarius debet: Alterum, ampleriter maleficium, exercitum fuerit actuale commissum per expressum pactum cum demone; et enī tunc duplex peccatum, ut supra, §. 1. n. 10. innu. Parī modo multiplex esset, ac signatè confitendum, si additæ fuissent aliæ peccatorum species: hæresis, v.g. vel idolatria externa, vel sacrilegium, vel fornicatio, &c. Alterum est, dirum intulerit dānum suo beneficio Maleficus; et enī iuxta regulas restitutionis omnia dāma resarcientia, ut ex se constat.

¶ Secundus: Celebris est quæstio, an sit peccatum ut opera Malefici ad maleficia dissolvenda. Equidem directè petere a Malefico, etiam parato, ut maleficium maleficium dissolvat, certum est esse peccatum, cum sit cooperatio ad id, quod est intrinsecè malum, id est, ad maleficium exercendum & quamvis petitio fiat, ut sanitati restituatur maleficio affectus, adhuc tamen peccatum est, quia non sunt facienda mala, ut eveniant bona.

¶ Dico (opera Maleficij) nam si nesciam illum esse Maleficum seu Magum, non debeo illum ut Magum reputare, sed solū obligor ad inquirendā illa, quæ adhiceret, an sint superstitiones? Quid si is ea nolit declarare, erit ab illis abstinentia, ut potè suspectis de superstitione, multo magis si non sit vir doctus & pius, qui possit judicari remedii licitus uti.

¶ Difficultas ergo est, si petam, ut maleficium dis-
solvat, non petendo ut id faciat per aliud maleficium,
an licet petam? Respondeo. Ceterè si petam, ut dissolvat
solū tollendo signum maleficij, vel illud destruendo,
sciamque illum nec aucturum, nec alio maleficio insursum,
esse licitum omnes fatemur; quia tunc res licita petitur,
quam quilibet posset facere sine culpa, idque non sit
convivere daemoni, sed potius ejus signa, ejusque pacta
destruere.

¶ 6. Rursus, si petam absolute, ut dissolvat, sciens autem ipsum non posse dissolvere, nisi aliud maleficium moliendo, quia aliud modum non habet, non mortaliter peccare certum est: quia tunc directè maleficium, quod est intrinsecè malum, exposcerem: At si petam absolute, ut dissolvat, sciens cum posse dissolvere sine maleficio, & posse cum maleficio, ac sciens ipsum sine maleficio dissolutorum, sane propter rationem modi dictam n. 5. licet petam.

¶ Quid si absolute petam, ut dissolvat, sciens ipsum posse dissolvere cum maleficio, & posse sine maleficio, putans tamen, imo certò sciens ipsum cum novo maleficio dissolutorum, major est, & mulierum celebris controverfa, num licet possim petere? Dico tamen esse saltem probabile, & tutum licet posse. Ita Sanch. dicta disp. 95. de matr. num. 12. & dicto c. 42. in dec. num. 13. & novissimè Baldi alias citans disp. de conf. cap. 2. §. 20. n. 6. Ratio est, quia tunc ego peto, quod is licet facere potest: ipsi ergo imputetur, si eligat quod illicitum est: Quod si mea licita petitio est occasio, ut ipse petat, sibi imputet: nam me summa necessitas avergendi à m., vel è proximo maleficio excedat à cooperacione, qua for-
tasse ibi esse videbor. Solet afferri paritas de usurario & infideli: licet enim possum ab his petere mutuum, & juramentum, licet sciā eos peccatores accipiendo usura-
re, & jurando per falsos deos, quia ego rem bonam vel indifferentem peto: non enim peto ut juret, v.g. Gentilis per falsos deos, hoc enim planè esset pecca-
tum, quia directè posceremur juramentum per se malum, sed peto solū, ut juret, id quod ipse potest bene pra-
stare jurando per verum Deum: ni præstet, ipsi imputa-
tur; me enim à coöperatione peccati, quod videtur hic
adesse, excusat necessitas firmatus contractus inveni-
cum infideli, sicuti in casu mutui, necessitas, quam
patior pecunia.

8. Inquires primò, quando ego exposco ut maleficius quis dissolvat, ac mihi medeatur, cum possit sine novo maleficio, si accidit, ut ipse sit exercere in mea persona, vel in meo equo, v. g. presente me aliquae superstitiones possimne permittere? Respondeo cum Suarez tom. 1. de Relig. lib. 2. de Superst. cap. 18. num. 10. sive Lessius lib. 2. cap. 44. num. 46. non posse, quia tunc possumus cooperari ad superstitionem illam, que accidit; quod non est, cum maleficus sit te superstitiones adhibet, cum possit non adhibere.

9. Inquires secundò: cum debeamus ut licita sit nostra petitio cognoscere quid est Maleficus possit sine novo maleficio morbum depellere, qualisnam esse debet ejusmodi cognitio? Respondeo, moralis, vel certe probabiliti; si enim mihi probabile est, ipsum habere modum maleficium dissolvendi sine peccato, sat is est, ut ego petendo non peccem; cum probalitate enim operari, est operari cum prudenter; ut in superioribus nimis sape docuimus.

10. At sufficite dubitare? dubito, v. g. negative, an maleficus modum licitem habet dissolvendi maleficium, possimne licere ab eo dissolutionem petere?

Respondeo: Credo si tem aliquando posse, quia non raro presumere mihi inter omnia est, ex communiter contingentibus, à malefico ne tunc licitem non ignorari; Communis enim modus est signum dæmonis dissolvere, in quo dissolvendo, non est necesse, ut intervenient novum maleficium. Neque contrarij sunt Doctores, Suan. Less. Sanch. apud Castro Pal. tom. 3. tract. 17. dis. 1. de Superst. p. 12. n. 2. & apud Bardi ibid. n. 7. dum in hac re communis calculo sentiunt, in dubio presumendum esse maleficium per novum maleficium, maleficium dissolvere, cum semel malus semper presumatur malus, ex regulis juris in 6. Non sunt, inquam, contrarij; nam statim addunt, nisi dubium vincatur. Cum ergo vincit aliquando posse, ut dictum est, Doctores adversus eam resolutionem nequaquam stant; Fatoe rati multa prudentia, in tanto dubio, parique cautela opus esse. De hac re fatis benignè loquitur Lessius lib. 2. cap. 44. n. 46. illi verbis allatis §. 1. num. 72. ex quibus praesentem doctrinam confirmari posse alii videbunt: *Non est inquit* licitem usi remedium superstitionis, ant de quo dubium est, an conineat tacitam dæmonis invocationem; hoc enim est se exponere manifeste periculis superstitionis, nisi forte fiat cum expressa voluntate contrarie protestatione.

11. Dices, qui petit à maleficio dissolutionem modo quantumvis licito; consilii maleficium: At confidere maleficos est per se malum, & in sacris litteris prohibitum: ergo saltem ex hoc capite grave peccatum. Ita P. Antonius Marsilius Vir doctus Soc. Iesu Lector Caesarii conscientie in Rom. Collegio in manuscripto super Decr. tract. 4. cap. 1. fin.

Respondeo, consulere maleficos, ut tales, certe est prohibitus: at non ut tales, sed ut scientes bonis artibus maleficium tollere, prohibitus non est: scilicet nec possent legittimum medicamentum, & bonus scientias ad discere ab eo, qui haec à dæmoni habuit; quamvis enim ipse, quando habuit, peccavit ex pravo commercio cum communis hoste, non peccato tamen ego, immo nec ipse, cum iis naturalibus medicinis, scientiaque bona, ad bene finem utimur, ut Theologi probatissimi, Suan. Delrio, Val. Sanch. Vieta apud Castro Pal. I. c. 11. n. 1. docent; non enim tunc consulentes maleficos, ut tales, sicut dictum est, sed, ut viros doctos & expertos, nec nisi res ex se bonas tunc usurpamus: Ex eadem ratione possim uti equo, v. g. meo invento per artem magicanam: & fui sanitatem per candem acquista, immo & pecuniam retinere à dæmoni forte habitam (modò non constat moraliter fuisse ab aliquo ablatam, tunc enim esset Domino restituenda) & similia, nam quamvis graviter peccaverim in illis à dæmoni obtingendis, non tam postea illis rebus ex se bonis utendo, peccatum committo: ut nec commitir meretrix dum retinet, fruiturque pecunia illicite ex suo peccato comparata.

12. Mihi puer narravit quidam (fabella, ne ad puerorum animos accupandos inventa; an vera res fuerit, ignoro) nem thesaupum magis artibus terre noctu infodi, hac habitacum dæmonie conventione, ut hominum neptissi thesaupum patres posset, nisi ei, qui in ipso thesauplo loco existens bona puluis pingui patina recrearet; inquam biberet liberaliter: inaudisse quendam rusticum non longe ab illo loco forte decumantem manu palme comedisse, vinum hilariter obibisse, thesaupum sibi, nullo repugnante, atripuisse. Quo dolore avari sensis; qui non multò post ad locum invividendum se contulit, aurumque expiatum repetit, verbis explicit qui potest, jam inquiri, an sine peccato potuit rusticus hoc signum apponere? Respondeo, potuisse, quid id non fuit nisi contarium signum apponere quo posito dæmon promisit non amplius thesaupum custodiare; quod enim tale signum apponendum bonum est ex se, vel indifferens, apponi licite potest, cum apponatur medium ad dissolvendam confectionem dæmonis, qui finis bonus est. ita Less. Sanch. apud Castro Pal. cit. num. 10. Idem ergo, & multò magis dicendum erit ad finem sanitatis consequendum. An is rusticus potuerit sibi thesaupum terire, dependet ex ea quaestione: utrum thesaupus, cuius Dominus securus, solū ex eo quod terra infossus ad nullum certe usum reputetur non esse sub aliqui dominio, sed esse primi occupantis. De quo re suo loco alibi.

13. Quare quando Iudices pilos radunt, vel lavant maleficos tollendos, ne iij insensibiles sint ad tormenta, non solū id faciunt, ut tollant signum dæmonis fortasse sub pilis, vel in unctione corporis latens (quod communis Doctorum explicatio) sed etiam, quia potuit evenire pactum cum dæmoni fuisse, ut ad tonsionem pilorum, vel lotionem corporis cessaret convention. Ex dictis colligere poteris non solū tertium aliquam, sed ipsum etiam Magnum posse immo & debere sive destruere signum, sive positivè ponere signum contrarium pacto, quo scilicet posito, (sed sine novo maleficio) desinit nocere dæmon. Sicut enim (ait Lessius lib. 2. cap. 4. num. 43.) Malificus, qui Diabolum invocat verbis, vel scriptis, ut nocet cuiquam, tenetur cessare ab ista invocatione, non solū quia superstitionis, sed etiam quia noxia, ita quaque tenetur signa posita, quibus illicitur, ad nocendum tollere, si alter nocendum impediti nequit.

Dixi sed sine novo maleficio) nam propterea illa signa contraria, forte debent pom, solū possint, esse, vel bona, vel indifferenta, Veneficium, v. g. si hujusmodi. Si Venefica te tangit, tu morbo inficieris, & paulatim tabescas, at si illarum te reperciatis, impeditur mortibus. Dico, te ipsa reperiatur, quia reperciens est res indifferens, nec enim repercussio est novum maleficium.

Id enim clarè docet Sanchez lib. 2. sum. cap. 41. n. 23. Tandem, inquit, licet etiam signum positivum contrarium apponere, dummodo sit ex se locutum, aut indifferens ad pactum illud cum dæmoni initum, rescidendum, v. g. si dæmon esset pactus cum maleficio se nocturnum, nisi maleficiatus postea se signet cruce, aut lavet corpus, licet huic se signare, aut lavare non intentione sanandi positivè eo medio, aut opera demonis, sed solo animo tollendi signi, & pacti nocendi dissolvendi. Hæc Sanchez citans Suanum, Lessium, Sylvestrum, Delrio.

Obijecies primò Lessius loc. cit. n. 48. docet, posse tolli, vel poni dicta signa ad hoc, ut cesset nocere dæmon, non verò docet, posse, ad hoc ut dæmon positivè det sanitatem: at in exemplo à nobis allato, potuit evenire, ut illa repercussio fecerit signum non solū ne dæmon prosequeretur nocere, sed etiam, ut positivè afferret sanitatem: ergo illam ego ponere non possum; directè enim tunc vellem sanitatem à dæmoni positivè illam conferente.

Respondeo. Huic objecctioni sic disertè sati facit Casio

Caput VI. De Peccatis Religioni. oppos. 103

Pro Pal. 1.3.27. d. 11. n. 8. Negari non potest, (inquis) posse Maleficium destructionem illius signi ad unum fieri dirigere (intellige ad defensandum docere) & non ad alium (intellige, & non ad sanitatem positivè consentaneam) concedo igitur (sic habet num. 10.) nemini licet uti signis à demone datis eò sine, ut deinceps excutier ad fidem servandam, vel sanitatem conservandam. At bene poterit illis signis uti, ut tollatur demonis incentivum, qd habebat ad inducendum. Quid autem demon delictu signo, non solam cōscerere, sed etiam concedat salutem, per accidens est intentionis delictu signum, non enim destruens sicut illam sanitatem consequi, destructione praevenire. Hic Castro, que est ipsissima doctrina Sanchez modis allata.

Ob secundò. Esto illa positio signi contraria sit, ut eo signo posito, demon definat occidere. At potest evenire, ut ea positio signi non sit solum pacti prioris delictu, sed sit novum pactum, ob quod demon occidere definit, ergo tunc esset novum maleficium?

Respondeo. Novum pactum non potest inveniri nisi ex nova consensione duorum, atque adeò nisi destruens signum consentiat. At ipse nullatenus consentitus, solum animi intentus prioris solutionem, & nihil praeterea. Adeo primò, non consuevit demons in pro nova pacificatione conventione, rem bonam, iudeo nec seculatorem rex se indifferentem adhibere, semper enim aliquip vari saltum admisceret.

Adde secundò. Cum mihi non constet, hoc esse novum pactum (pactum enim non destruens novo pacto, sed solum recedendo, ab ipso) cum non constet, in quantum, hoc esse novum pactum, ad summam dubia resunt, quare querendum restaret, quid in dubio hoc facilius efficeret: Id quod jam subdo.

Inquies enim. Licebitne popere ejusmodi contraria signum, quando omnibus expensis dubium est, in talis signi positio sit maleficium, atque adeò novum pactum; Lavare enim se, ex Sanchez citato; vel reperiere, ex Lessio cit. clare non sunt maleficia. Sed quid, si tu, v. g. se cum aqua benedicta, vel dicendo quedam verba, de quibus dubiteras, an sint vana, unde dubitamus, an illa logio, vel perfusio sit novum maleficium?

Respondeo, Lessius h.e. n.42. inclinat, licere, sed cum protestatione non consentientia pactui forte novum. Si non, inquit, non licet, si res sit dubia, non enim licet est uti remedio superstitionis, aut de quo dubium est, aut continetur tacitum demonis invocationem; hoc enim est, se exponere manifeste periculum superstitionis; nisi forte id sit cum expressa voluntate contraria protestatione. Hac Lessius.

Verum absolutè nunquam licere, docet Sanchez loc. cit. his verbis: *Addit Lessius, si dubium sit, an id signum sit superficiale, non licet, nisi ferre premissa contrarie voluntatis protestatione. Sed nec hoc modo audio id approbare. Hec Sanchez, dominatus; ubi videt nullus hic ab ipso ratione afferri, unde illud non approbet. Affert enim Castro, loc. cit. num. 10. qui hunc sententiam Sanchez adhucet, & sic habet: Bene adserit Sanchez, si dubium sit, non medium, quod affinitur superficie, aut illud sit (quousque dubium deponas) te non posse illo uti, quamcumque profectus nolle ullam cum demone sociatum habere, quia hoc protestatio non vincit dubium, neque purgat malitiam, quia in illo esse potest. Hactenus illi.*

Ego in praxi sententiam Lessij libens amplecterer. Et ratio esse posset, quia semper in eo dubium est caput, unde dubium deponere facile queam, quia compositione habitu, concedit ipse Castro Palau. Nam quando est dubium, an hec res, quae adhibenda est, sit superstitionem, neene, judeicandum practicè est, non esse superstitionem, quia plus est, rem esse indifferentem, immò, & bonam ex se, & deinde est, seu supervenit, esse malam ex pacto cum demone; ergo donec ostendas, superveniente pactum, sem-

per possidebit indifferentia, vel bonitas. Cū ergo nemo possit, vel debet dejici à sua possessione per superveniens dubium, ut latè diximus lib. 1. cap. 3. per totum, praevelebit in casu nostro negotio superstitionis, atque adeo deponetur dubium.

Dixi (applecterer) nam absolute tunc amplectar, quando ego tute matuus expensa sapiens lector excipes.

De pénitentiis contra predictos, dñe corundem absolutione.

14. Contra Avinatores, tortilegos, &c. si haeresim exteram non committant, nullæ sunt penæ in jure laicis, nisi forte ferenda: nam si superaddatur haeresis, erit excommunicatio lata in Bulla Cœnæ, de qua suo loco dictum est; penæ autem à Judicibus inferendæ ad nostram tractationem minus pertinent, de quibus nihilominus legi Farinam de h. p. q. 181. a. n. 51. aliisque ab ipso citatos.

15. Quoad absolutionem: si cum haeresi formalis & externa, adjuncta sit culpa predictorum, ille solus potest absolvere, qui potest haeresim, de quo supra, cap. 1. §. 8. satis vidimus. Si haeresis intermisca non fuerit, quilibet adoratio demoni, pactum, conuercium, superflatio, & quodcumque aliud, quod haeresim formaliter externam non continet, poterit aboliri à quilibet ordinario Confessore, nisi tamen aliqua ex his in Dicēsi sine ab Episcopo reservata: ita plures apud Dian. 1. parv. tract. 5. resol. 8. cum Bulla Cruciate, & sine illa p. 3. tract. 4. resol. 143. vide etiam part. 4. tract. 4. resol. 240. De abortu est quendam peculiari dispositio, de qua dicam 1.6. cap. 2. §. 4. n. 8. Ratio est, quia, cum haec omnia, licet gravissima scelerata, non subjaceant excommunicationi latè sententiae, non sunt summae Pontificis reservatae, huic enim nullum criterium regulariter reservatur, nisi ratione excommunicationis, ut diximus in nostro opusculo de confess. ab. 3. c. 7. §. 1. n. 2. Nec sunt ex jure reservata Episcopo, quia, ut ibidem diximus, nulli casus vel excommunications sunt hodie Episcopo in jure reservatae. Remaneat igitur, ut nisi in aliquo loco peculiari reservatione afficiantur, liberè possint ab ordinatis Confessoribus remitti: multò magis atrite Bullæ Cruciate nisi Diana, l. c. & Escob. in summ. tract. 7. exam. 4. portione Confess. Nec obstat reservatio DD. Inquisitorum, nam hanc esse solum pro exteriori foro habes apud Dianam, aliisque apud ipsum.

§. III. De Sacrifilio.

1. **S**acrilegium propriè est sacrae rei læsio, seu violatio. Ita S. Th. 2. 2. q. 99. art. 1. lgé Suar. tom. 1. de Rel. tr. 3. lib. 3. aliisque palli. Dico (propriè) nati frequentiter quilibet irreligiositas, hoc est, irreverentia contra Deum, que est genus ad omnem culpam Religioni generice sumptu oppositam, dicitur sacrilegium: sic idolatria, pactum cum demone, superstitione, & alia similia peccata sacrilegia latè nominantur. Propriè igitur sacrilegium solum respicit rerum sacrum violationem: Quares sacrae, hoc est, ea omnia, quae lege divina, vel Ecclesiastica ad cultum Dei sunt destinata, quae ad tria communiter reducuntur, nempe ad personas sacras, ad locum sacrum, ad ius sacras, id est triplex sacrilegij genus constituitur, quodlibet suas species cōtinens, utique specialiter in confessione aperiendas; cum teneantur, ut diximus lib. 2. Method. Confess. cap. 1. §. 9. n. 59. confiteri ex Tridentino singulas species, & singula numero peccata.

Sacrilegium circa personas sacras: remissione.

2. Personas sacras, hoc est, vel vita statu per votum, vel sacro Ordine Deo peculiariter destinatas, quatuor modis, atque adeò quatuor speciebus sacrilegij, offendere potes; Primo, per violentam manus injectionem, de qua agitur, cum explicatur excommunicatione: Si quis suadente. Secundo, per usurpatam jurisdictionem, personas

personas Ecclesiasticas ad Judicium seculare trahendo, vel iisdem viigalia imponendo, de qua re agi solet in tractatu de immunitate personarum Ecclesiasticarum. Tertiū, per Capitulum & furtum, de quibus in tractatu de Restitutione, & nos quae sufficiunt l.2. Method. conf. cap. 8. §.2. explicimus. Quartū, per actiones veneras, de quibus in sexto Precepto disseritur, quæque nos breviiter ibidem c.7. §.5. a num. 30. attigimus, quantum felicitatē necessarium pro Confessoribus judicavimus; quibus tamē addē sequentem resolutionem.

3. Nudius tertius Græcus Sacerdos oratorus, quæsivit à me, An ipse si aliam à sua cognosceret, præter adulterium, contraheret peccatum sacrilegij eo, quod factō Ordinis initiatu contra castitatem peccaret. Respondi, si Sacerdos Græcus in ipsa ordinatione votum hoc nullo pacto emitit, nequaquam contrahere. Ratio fuit, quia ideo Sacerdos sacrilegium turpibus vacando, contrahit, quia sive explicitè, sive implicitè in receptione sacri Ordinis emitit votum castitatis, sive hoc pacto sacram reddit, id quod non est, si voti obligacionem secludamus: ita Castro Pal. c. p.3. §.2. n.2. circa secundū: sed Sacerdos Græcus nullum ejusmodi votum, ut supponimus, emitit, ergo, &c. Dicere enim eum certò emittere votum non tangendi alias præter uxorem, esset gratis loqui, & ego ab aliquibus hujusmodi Græcis id scisitatus, nihil certi habere potui, quare si tibi Sacerdoti Græco idem dubium sit, an à te id votum emissum fuerit, te votum non obligat, ut universim de votis dubiis supra, lib. 1. cap. 3. §. 7. 2. Votum, notavimus.

Nec obstat primū, hoc apud Græcos estimari paſſim sacrilegium. Nec obstat secundū ejusmodi Sacerdotes, uxore extinta, aliam ducere nullatenus posse. Nam ad primum respondeo, estimari latè sacrilegium propter gravem circumstantiam non propter specie diversitatem. Ad secundū, non posse alias ducere c. vi precepti prohibentis in Sacerdote Bigamiam, non ex voti, &c.

4. Hanc resolutionem quidam Doctor minus approbavit: asserebat enim Sacerdotem Græcum statui Sacerdotali addictum multò magis suum statutum per fornicationem, etiam abstrahendo e vote, coinqinare, quam per pollutionem, seu effusionem feminini polluantur Ecclesia benedicta, quamvis non consecrata: ergo saltem ex hoc capite sacrilegij se gerit. Confitabat primū, quia per Aragonium 2.2. q.88. art. 7. ad finem, & Henriquez l.5. c.5. n.6. Religiōlus fornicans non solum debet confiteri fornicationem & votum absolute, sed etiam votum solleme profelionis, quia à Religiōlo non lāditur votum quomodounque, verū etiam status Religiōlus ergo cum à Sacerdote Græco lādatur status Sacerdotalis, idem erit dicendum.

5. Sed respondi, verum esse ab ejusmodi Græco commisculari sacrum Sacerdotis statutum, et intra latitudinem eandem, quā Christianus lādit suum statutum hominis baptizati, id est, hominis participantis Sacramentū à Christo Domino instituta; sed quia non adest votum, non est lādio adversus aliam peculiarem virtutem Religionis, sed solum est notabiliter gravior: cū ergo circumstans etiam notabiliter aggravantes non constiuant diversam speciem, (undē non sint specialiter ex probabili sententia constitenda) ideo nec in casu nostro nova sacrilegij species enascetur. In violatione Ecclesiae non est mirum inventiri sacrilegium, quia specialis & expressa prohibitiō facta in honorem loci sacri trans fert illam turpem actionem ad novam speciem: quam prohibitionem specialem in Græco Sacerdote non invenimus. Ad confirmationem respondeo, Aragonium & Henriquez ideo putasse Confessori aperiendum (in casu, de quo loquuntur) statutum Religiōsum, quia putaverunt circumstantias notabiliter aggravantes esse clavibus speciatim subjiciendas, quam nos sententiam non sequimur.

Sacrilegij circa loca sacra: remissio.

6. De hoc item ea, quæ ad sufficientē cognitionē

non pertinent, alibi melius disputantur. Tripliciter enim circa loca sacra sacrilegij labem quis contrahit. Primi, si cum; qui signum inventio in loco factō, violenter, vel per fraudem exrahat ab eo loco; Secundi, si in iisdem locis locis frēpitum forensē vel mercaturam adhibeat; Tertiū, si quis veneras actiones in iisdem locis exercet, de prioribus agitur in tractatu de Immunitate: de tertio in sexto precepto; de quo nos in Meth. confess. lib. 2. cap. 7. §.5. a num. 35. satis resulta deservimus.

Sacrilegij circa res sacras.

7. Cū varia sint res sacrae, valē & erunt hujus sacrilegij species. Quatuor enumerat S. Thomas 2.2. q.99. art. 3. Primi, Sacraenta. Secundi, vafa sacra, sanctas Imagines, Reliquiasque Sanctorum. Tertiū, ornementa Ecclesiæ & ministrorum ejus. Quartū, bona temporalia Ecclesiastica in sustentationem Ecclesiæ ministrorum deputata. Scriptura sacra, sacrae ceremonie ac secundum caput reduci commodè possunt. Qui igitur male, & irreverenter erga hanc se gerit, sacrilegij peccatum quia irreverentia in karum in Deum, qui in iis ritu, & sacre colitur, tandem redundat.

8. Duo h̄c sunt notata digna. Primi: An qui consulcat sacratissimam Eucharistiam sit propriè sacrilegus? Ratio dubitandi est, quia sacrilegium est rei sacrae, hoc est, rei Domino deputata violatio: At Eucharistia non est rei Domini deputata, sed ipsem Domini: ergo ejusmodi concilatio etiā quidem atrox irreligiositas, non verò pr̄ p̄tē sacrilegum. Respondeo. Communis sententia lenit esse propriè sacrilegium, ita Caer. 2.2. q.99. art. 1. & 3. dub. 6. Lessius lib. 2. loc. c. c. 46. dub. 3. num. 13. aliique quia Eucharistia, licet Deum Dominum continet, est tamen signum gratiae sanctificantis; est enim Sacramentum: quare prædicta injuria non videtur facta seu exercita immediate circa ipsum Dominum (cum ipse ibi sit invisibilis) sed interrogata ipsi signo visibili Deum significanti, & continentis.

9. Secundi. An qualibet bona Ecclesiastica lāsa constituant sacrilegij? Respondeo nequaquam: sed solum ea, quia aliquo modo sacra sunt, atque in Dei cultum ordinantur: Hæc solent esse bona, quæ destinata sunt ad Ecclesiæ servitium, & ad ejus ministrorum, ut tales sunt, sustentationem. Quare alia bona patrimonialia, vel quocunque alio facultari titulo possella ab Ecclesiastico, cū non sunt vere sacra, locum h̄c non possuntur.

10. Quid, si quis sibi retineat legata vel hereditates, & similia Ecclesiæ pro dicto servitio reliqua, contrahitne præter malitiam in justitiae malitiam sacrilegij dum non solvit? Respondeo cum Castro Pal. l. c. §.2. num. 1. contra Valent. & Len. ibid. citat, solum in justitiae, quia donec Ecclesiæ possidat, non sunt facta: antea enim sicut in viuentur remotè destinata ad Ecclesiæ servitium, que remota destinatio non videtur esse satis ad rem propria constituenda.

11. Quid, si quis Decimas non solvat? Respondeo cum Castro Pal. ibid. nec hunc fore propriè sacrilegum, sed tamen præter injustitiam incidere in peius crimen, nempe in irreligiositatem, seu irreverentiam immediate contra Deum: ita Deum ibid. Ratio est, quia solutio Decimarum est ordinata in recognitionem supremi dominij Dei, ergo eas negans, omittit Deum recognoscere, quod est nolle exhibere cultum Deo debitum: sicut si quis iussus legitimè aliquo actu Deum venerari, illum venerari negligeret.

An temporis violatio constituit aliquando sacrilegij propriè dictum.

12. Uto verbo. Tempus estne objectum sacrilegij? v.g. qui die festivo, vel tempore Quadragesimæ, &c. peccaret, contraheretne speciem sacrilegij? Respondeo, de hac re me dixisse in opus. Meth. Confess. lib. 2. cap. 7. §.5. numer. 40. ubi resolvit non contrahere: addidi tamen contrahi non raro posse culpam irreligiositatis contra

Caput V. De Peccatis Religioni oppof. 105

contra reverentiam Deo debitam, ut si comedias, vel ludica spectacula die Veneris Sagro celebrare, v.g. quis volit. In hoc enim facto nec folū est scandalum potius, fui etiam irreverentia erga Christi Domini Passio-

An voti violatio sit. Sacrilegium.

11. Vovet quis jejunium, v.g. si id non exhibeat, astne Saclegius. Respondet, ita videri plerisque apud Valent. s. 4.6. p.1. init. Ratio est, quia eo ipso, quod res voto dicata Deo est, Deo est destinata: ergo si violetur, scilicet violatur. Sed certe probabilius est cum Suarez in de Retract. 13. lib. 3. n. 5. non ita esse; tunc enim peccator quidem contra fidelitatem Deo debita ex promissione, sed non propriè cum sacrilegio, quia nihil sacram violatur, sed immediatè Deo, negatur, quod promissum fuit. Neque obstat per votum Deo reū destinari, id est obstat, inquam, quia non destinatur nisi in ordine ad fulsum executionem, folū scilicet, ut res promissa executioni mandetur, non verò ipsa (donec actu Deo deum) facta. Si quando ego hac infidelitas facilem, seu irreverentias sacrilegia nominatur, late, ut in humili figura dictum est, sacrilegij nomen usurpare.

s. IV. De Blasphemia.

Quid, & quinplex sit.

1. Blasphemia est convitum, seu verbum contumeliam contra Deum: ita S.Thom. 2. q.13. art. 2. dignum peccatum contra reverentiam Deo debitam, quod An habeat parvitatem materie, supra, lib. 1. c. 1. i. diximus.

2. Alia est hereticalis, ut: *Deus est injustus*. Id quod si dicam sic mente affirmetur, non hereticalis solū erit, sed etiam heretica, utraque Inquisitori defendenda: ita Sanchez lib. in Dec. cap. 3. Laym. lib. 4. tract. 10. cap. 6. n. 7. Bon. circa 2. dec. prae. dif. 3. q. 6. p. 1. Alia est simplex, & qualem quadruplicem: Enuntiativa, ut: *Ad injuriam Dei solo hoc effice*. Detestativa, ut: *Pereat Deus, maledictus si Deus, difficilem Deo Irrisoria*, ut: *Vah, qui destruis templum Dei*: idemque erit, si nominentur irrisorie membra Christi Domini pudenda. Juratoria, quando fallitur cum blasphemia quis iurat, Ut: *Pereat Deus, si* iura non s. v. erit, &c.

3. Tertius blasphemia committitur, vel aliquid denegando à Deo, Sanctorib, vel aliquid iisdem addendo, Denig. dicas, Deum non esse omnipotentem, non misericordem, non providentem, Sanctos non esse in gloria, &c. Addis, si dicas Deum esse crudelē, Sanctos esse impudicos, &c. Sive autem addas, vel ceras in extirpatione, in honori Deum, sive sine tali expicit intentione, quia tamen sic addendo, vel clementio vērē in hinceras illis verbis Deum, blasphemus eris, & quidem puro Dei spiritu blasphemus, cum uteque modus sit tandem & refolvar contra Dei reverentiam: ita colligitur ex Castro Pal. tom. 3. diff. 2. de sent. & p. 2. §. 2. num. 3. licet dicuntur concordanter sententia num. 6.

4. Denique, alia est in Deum, alia in Sanctos, alia in ceteris creaturis, sive rationales, sive irrationalles, adveniendo, ut sit blasphemia, illa, qua jacitur in Sanctos, vel ceteris creaturis, debet semper redundare in Deum, qui enim vel dicatur, vel imprecetur malum tempestati, seu venienti, certe, si praescindat ab eo, quid hæc referantur ad Deum tanquam ad Creatorem ipsorum, injuriam non Deo, sed ipsi creaturi faciet, ut mox clavis explicabitur.

5. Atque hinc vides, cur torqueat convitum in Sanctos, semper sit blasphemia, non autem semper in aliis creaturis: quia nimis Sancti semper referuntur, seu apprehenduntur referri ad Deum, sive ut ipsos glorificant, sive ut ipsorum amicum: non semper creature cetera. Nam propterea qui maledicti patri, v.g. impius quidem est contra reverentiam debitam patri ex quartucepto, & aliquando contra Charitatem ejusdem,

si ex animo aliquod malum ei desideraret, ut mox explicatus dicam: at non, erit irreligiosus in Deum contra præceptum hoc, de quo agimus.

Dedique blasphemia quæcumque joco prolatā regulariter et mortalis, ex Sanchez lib. 1. cap. 3. 2. n. 41. Castro Pal. tract. 17. d. 2. p. 2. §. 2. quia adhuc sic prolatā vergit in diminutionem Divini honoris. Dixi (regulariter) nam si talis est jocus; & omnibus expensis nulla diminutio Dei honoris appareret, quod raro esse posse mihi videatur certè mortalis blasphemia non esset, quia blasphemia vera non esset, quippe cui decesset blasphemie essentia, & & hoc rarissimum dabo intelligi debet Valentia 2. 2. d. quest. 13. cum docet blasphemiam joco prolatam non esse blasphemiam.

Blasphemia denuntianda.

6. Quatuor hic nota. Primo, blasphemias hereticales esse Inquisitoribus, ut modò innui, ab audientibus denuntiandas, iuxta regulas denuntiationis, de quibus alibi: ita Sanch. loc. cit. n. 37. simplices vero Judici Ecclesiastico, vel sacerdoti, nam ita præcipiant decreta Julij Tertij, & Pij Primi, quæ tamē decretar, quoad simplices blasphemias, propter desuetudinem obligare nequaquam vindentur. Vide Castro Pal. cit. §. 4. n. 3.

Correctio Blasphemie.

7. Secundò, nota audientem blasphemiam non teneri blasphemantem increpare, nisi periclitetur honor Dei, qui raro nunc inter Fideles periclitatur, ita Sanch. ibid. n. 46. Immò increpare blasphemantem non expedit, cum fervet ira, quia is irritaretur magis: Correctio igitur fraternali debito loco, & temporis relevetur.

Modus confitendi Blasphemias.

8. Tertiò pro praxi Confessariorum, quoad blasphemias, à nobis dicta in nostro opere, de confess. lib. 2. cap. 2. §. 1. recolantur, ubi resolvimus omnes blasphemias esse ejusdem rationis, sive in Deum, sive in Beatam Virginem, sive in Sanctos, &c. Addo nunc varias blasphemias in Deum, variisque in Sanctos, &c. non differre specie. Unde satis est in confessione dicere, tota blasphemaz. Ratio est, quia omnes specificantur à contumelia, quæ Deo infertur. Excipe blasphemiam hereticalem, illa enim superaddit, ut modò dixi, peccatum infidelitatis, si adegit error intellectus, vel peccatum contra præceptum de externa confessione Fidei, si solū ea fuerit verbalis, &c.

Discrimen inter blasphemiam, & maledictionem.

9. Quartò, quia s̄pissimè indignatio blasphemantis est solū contra homines, ideo mihi placet regula Laym. lib. 4. tr. 20. c. 6. n. 12. quæ est hujusmodi: Si penitens neget affectum indignationis sua, erga Deum directè se extendisse, sed solū ad ceteros hominem, vel jumentum, cui iratus fuerit, tunc Confessarius attendat ad verba, quibus homo usus fuit: si enim secundum se divini honoris diminutionem nullam exprimit, non censenda est blasphemia, neque mortali peccatum; sed autem verba tali, aut tali modo prolatā sint, ut consumeliam Dei, aut Sacrae scripturae significant, videatur per mille Sacra menta, per septem Sacra menta, perdat te Dei Christi, censeri debent blasphemias, dummodo homo attendat ad vilipendiem Dei, aut rei sacrae, qua talibus verbis exprimitur, sive autem ejusmodi verba blasphemia proferrunt inadvertenter, a materialiter tantum, non attendentes, quid significant, tum verò excusantur a gravitate peccati propter imperfectionem cognitionis ac voluntarij, modo int̄erim conetur perversum ejusmodi consuetudinem depener. Hæc Layman.

10. Ubi nota, si blasphemia sit sine relatione ad Deum, solū contra ceteras rationales, vel irrationalies contorqueatur, proptè vocari maledictionem, & ut dictum est; communiter esse culpam venialem, quia

quia tamen potest alio quando esse mortalibus, idque contra charitatem, ideo clarius hoc tribus dictis sic explicatur.

11. Dico enim primò, quando maledicuntur diabolus, raro esse peccatum mortale, quia semper solerter maledici, ut author malorum, & ut Dei inimicus, quo-patet, abstrahendo ab impatientia impetu, ne viale quidem est.

12. Dico secundò, quando maledicuntur homines & optantur eis mala, ut possit crepare, occidi, &c. communiter esse veniale; quia nec maledicuntur ut aliquid Dei, neque desiderante deliberatae, ut illis eveniat illud malum; si tamen deliberatae desideraretur, esset peccatum odij contra charitatem proximi, grave, vel leve juxta gravitatem vel levitatem mali. Audi quid Escobar in summa, v. 1. exam. 3. c. 6. n. 26. in hanc rem aferat: *Afflitos interdum in amicos indignari, ut filios, famulos, vicinos: interdum in inimicos. Cum ex inimicitate affectu maledicta procedunt, plerunque cum plena intentione feruntur: cum autem in amicos rarissime ex intentione excoriaruntur, sed solum ex perturbatione, ebrietate, & unde letalia peccata non erunt, si interrogari maxime post orationem maledicti, num intendas filios, aut famulum a diabolo arripi? Respondebis: minime plane. Fator quoq[ue]dam tam immoderata passione perturbari soles, ut etiam illa instigari, vel filios intendant deperire: id quod prudenter Confessari diligenti examine relinquo.*

13. Dico tertiodi. Si maledicuntur animalia, arbores, &c. si haec res sint proximi, & ex odio ipsius hoc dicatur, & cum animo, ut verè pereant illae res, est similiter peccatum odij contra proximum; id quod tamen raro solerter communiter evenire, & solum in casu, quo, ut offendas Dominum, eis rebus malum deprecari. Quod si res illae nostra sint, tametsi ex animo desideraretur ut eveniat eis malum, solum erit veniale, quia odium est circa res nostrorum dominiorum.

14. Dico quartò: Quando maledicuntur dies, hora, locus, ventus, ignis, pluvia, esset mortale, si maledicerentur; quatenus illis Deus, ut mediis uitiorum ad nos puniendos, vel periculum sit, ne indignatio sit contra Deum: at quando neutrum ex his adest, non est mortale, quia indignatio non est contra Deum. Quod si redundet in parentes, ut quarto dicitur: Maledicta hora, quam mei parentes me ediderunt, esset contra pietatem, seu observantiam, graviter, si desideraret illis malum, vel notabiliter pietas erga parentes laederetur; leviter si neutrum.

Jam vero quoniam aliqua verba sunt certò blasphemalia, alia certò non sunt, alia denique sunt dubia: ac singulis classibus aliquot exempla, ad claritatem, more nostro, sectandam, subjiciamus.

Verba certò blasphema.

15. Abnego Deum, vel Crucem, vel Sacra menta, vel Christum, quid fronde percepit: Non credo in Deum: Mal grado habbia i Dio, id est, malum Deo contingit: A dispetto di Dio: Non est potestas in Deo: Deo tadeat, vel dispreceat: Veli noli Deum: Peniteat Deum, vel Sanctum Petrum: Perca Deum: Amittant Sancti vitam. Doct. citati, aliisque sparsim.

Maledicta omnia in Deum, vel Sanctos, imponit & in creaturas qualcumque ad Deum referuntur modo dicto num. 4.

Vituperia in Deum, Sanctos, res sacras: hic saltet reducuntur illa, Abnego Sanctum Petrum, Sanctum Paulum, Apostolos, & similia.

Laudare Deum obsecenis verbis, quia id spernere potius est in actu exercito, & irridere, quam laudare.

Jurare per pudenda Christi, Dicere meretatem Virginum, vel ad injuriam Virginis. Intelligitur enim ex communi loquendi usu de Sanctissima Deipara.

Jurare serio per falsos deos verè, falso, vel jurare per creaturam sistendo in ea tanquam in infallibili veritate: quod posterius vix inter Fideles usu venire solet.

Denique dicte dæmonem, sanctum, vel omnipotentem, ex Joseph. Aug. in brevi notitia, 1. precep. Dec. n. 14, vel puellæ antis: propriæ subiure nocten Deitatis, ex Thom. Sanch. c. 34. Aperiè enim haec sunt blasphemias, quia fit communis creaturis, quod proprium est Dei. Dixi loquendo de amasia (proprietate) nam si non ex animo significandi, quod verba sonant, sed per hyberbole si quis loquatur, perperam quidem loqueretur, verum ex probabili tandem sententia, non peccabit ex hoc blasphemias capite, mortaliter: Ita Lorca apud Dianam p. tract. 3. resol. 3. fine.

Verba certò vel scilicet probabilitate non blasphemia.

16. Qui dicit, Volo hoc facere, quamvis grave peccatum, Dei offensa sit, licet graviter peccet, non blasphematur, quia nisi in Dei contumeliam expresse id faciat, nihil additum vel auferat à Deo. Ita Bonac. loc. cit. p. 2. n. 9.

Maledicere vento, tempestate, pluvia, bestiis, &c. non est blasphemia modo explicato num. 13. maledicens hominem, nec si animo malum illi exoptes, pecces contra charitatem, ut ibidem, n. 12. vidimus; non tamen blasphematur, quia compuniter ea maledicta ad Deum non referuntur.

Hoc certum est, sicut Evangelium, vel scilicet Deus verus est, non est blasphemia, Ita Azor. Medin. Bonac. num. 13. contra Statum, & Sotum apud eundem Bon. quia communiter non æquiperatur veritas creata cum increata, sed solum indicatur similitudo quædam, quoad conformatum cum objecto.

Jugamentum per intemeratam Virginem non est blasphemia, ita Sanch. loc. n. 32. contra Sotum & alios, quia nec est execratorium, nec significantur pudenda Virginis, sed solum adducitur in testem Virginitas Deipara, seu Deipara ut Virgo.

Juramentum falsum non eo ipso, quod est falsum, seu perjurium est blasphemia. Thom. 2. 2. q. 13. art. 3. ad 2. Quamvis enim pejorans falsum adducat Deum ut testem, unde & peccet, non tamen blasphemus est, qui nihil demit, additve Deo in eius convitium. Nec sic jurans perit (sicuti perat Castro Palauz t. 3. disp. 2. de tem. &c. p. 2. §. 3. n. 9.) ut Deus fieret falsitatem, sed solum cum temeritate profert enunciative illius falsum à Deo confirmari, non autem operativæ.

Dicere in eventibus: Sic tandem fato futurum erat, non est blasphemate, si Sanch. loc. cit. num. 35. quia per haec verba non affirmatur fato Gentilium regi universi; si id enim intendetur affirmari, sanè hereticalis est blasphemia; sed significatur necessitas consequens ejus avertitus à Deo prava. Dicere: O Fides Dei! o Sanctus Deus! o Virgo sanctissima! cum tali nomine, non est blasphematur, quia indigne solum fertur contra hominem; & contraria Deum nihil.

17. Verba contra Deum in ebrietate, vel phrenesi, vel ex inadvertenti orta ex inveterata consuetudine, blasphemie nequaquam sunt. Malitia enim blasphemie, sicut & perjurii, atque heresis requirit procedere ab homine, qui actu ratione utatur, neque enim quis contumeliam rationabiliter afficitur ex consilio dicto à Pythagorico Vaseq. Turrian. apud Layman, lib. 4. rr. 10. c. 6. n. 2. & 3. alioquin. Vide quae dix. in nostro opere. methodi Confess. lib. 2. cap. 3. §. 3. n. 25.

Afferre verba aliqua Scripturæ sacrae ad confirmandas facit, si non ex contemptu, nec tam sapientia, ut contemptum sapientia, vel non est blasphemia, sed venialis quædam irreverentia, ex Villalob. apud Dian. p. 5. rr. 5. resol. 3. vel si admittit parvitatem materie in blasphemia, erit haec materia levis: sic idem ibi.

Verba dubiè blasphemia.

18. Multas esse blasphemias solum ex prava intentione dicentes, modò dictum est. Haec ergo dubia, & incertæ vocari possent, & ex dicta intentione, ecclaves tandem

int.

Caput V. De Peccatis Religioni oppos. 107

flat, colligendum. Sed nos h̄c aliud querimus, An sc̄ilicet aliqua externa verba, quae non clare, sed dubie ex vienent contumeliam Dei?

Ant censenda contumeliam.

19. Placer autem mihi illa regula: Quoties aliqua

verba possunt accipi pro blasphemia, & pro non blas-

phemia debere pro non blasphemia accipi. Ita Lazarus,

aliquis, quos citat, sequiturque Bonac. loc. cit. p. n. 2.

& colligitur ex Castro Pal. tom. 3. desp. 2. de feni. Dei, &c.

p. 4. num. 6. Ratio est, quia verba in dubio, nunquam

int. accipenda, ut forent delictum; nunquam enim

persumuntur delictum, nisi de ipso clare constet. Hoc igi-

ne posito;

20. Dubitatur primum de illis verbis: Renego talem,

Iuliac Renego al. tal, vel Santo de tal, &c. &c.

Respondeo, si per illud (talem) intelligis, vel in di-

gitas Deum, quis dubitet esse blasphemiam? at propterea nisi

signaretur Deus, vel Sanctos notes, te non incidere in

blasphemiam. Ratio est, quia ex praxi communis video,

alio Fideles dicer: Renego talem, & non renego Deum,

qua effugient volunt se concupiscentiae cum Deo agere.

Sic igitur villanum percrebuit in Sicilia, ut in gravibus

indignationibus daemones vocent sanctum; quam effe-

sperte blasphemiam modò diximus: Sunt autem aliqui

melioris conscientiae, qui sic proferunt: Samo Dia, seu

Samo Dianari, aiuntque se ideo sic dicere, quasi esse

cobientes, ne diabolum sanctum vocent: hos ergo

non peccare peccato blasphemiae (abstrahendo à con-

scientia aliquorum errorum) ego, & Aliquot docti à me

consulti judicavimus. Pari modo qui in Italia dicuntur: Al-

lifera di, vel ringo di, non blasphemant, quando

modo profenderi videtur se, velle cohíberat à nomi-

nando Deo, quem abnegare, vel desplicere nolunt: adde-

regulam dictam num. 19. si amen signate intelligent

Deum, tone non est dubium blasphemiam committere:

zie que de hoc solùm calu loquitur Bonacina circ. 1. dec.

p. 4. desp. 3. quod S. p. 20. num. 11. dum ait: Al despicio di, de-

cit mortalem blasphemiam, quia ipse scriptus eo lo-

cupbi per proprium idioma verba communiter dimidia-

proferuntur, & ubi per illud, Di, vèrē intelligitur

Deo, id est, Deus.

21. Dubitatur secundum de his: Ab disperso ab quel becco

dei mi sustine al mundo: Poter de Dico: Puo far Dio: Al

espuso de Dio. Respondeo, præcisæ contumeliosæ profe-

renis intentiones, has non esse blasphemias: nam prima-

potest non minus in homines cadere, quam in Deum,

cum etiam homines hominem sustentent præbendo ali-

menta: sic Bonac. n. 12. Secunda non negat Dei poten-

tiæ nec illam convitiat, vel irritat, sed solùm epuni-

tur: sic idem n. 8. Tertia portio facit ut homines esse co-

ram Deo, quod verum est, quam proferat contumeliam:

sic idem n. 9. & eccl. regulam n. 19. dicitur: Quad si quis,

ideo hoc ultimam proferat, ut ostendat se veritatem de-

esse ad eum modum, quo veritas dici coram Deo debet,

primum erit, non blasphemia.

22. Dubitatur tertius de verbis blasphemie sub con-

ditione in hunc modum, dicitur: Non credo Deum, seu

Amen Deum, si ita res non est: Deus est injustus, si te non

preferro. Respondeo, multi, & Salazario apud Sanchez

loc. cit. videri haec non esse blasphemias, hec videatur.

Thomas Sanchez loc. cit. n. 24. & Castro Palao loc. cit.

n. 4. n. 3.

Ratio nostra est, quia non est sensus, ut Thomas

pat, quasi fides mea, vel justitia Dei dicatur depen-

dere à veritate rei create, vel à futuro eventu; quo pa-

do certè effici blasphemia: Sed sensus communiter effi-

ci in hunc modum: Sicut est mihi certum (ex Dei gratia)

me non recessum a fide, ita certum est quod astro;

& scoti certum est Deum non esse injustum, ita certum

babeo, à me re fore percutiendum, ita, inquam, per

similitudinem modò num. 16. dictam, non per æquipa-

titiam. Neque per ejusmodi verba me offero, ut si res ita-

non sit, Deum renegem, ut putat Castro Palau: absit,

nam ex dictis, sic colligo sensum horum verborum: Ab-

nego fidem, si res ita non est, sed est impossibile (ut ego

judico) cum gratia Dei, quod fidem abnegem, ergo

impossibile est, quod res ita non sit. Eam igitur certi-

tudinem huic dare, sed per similitudinem pronun-

tio; quam certitudinem profiteor habere constantie in

mea fide.

23. Dubitatur quartus, de juramento per Dei, vel

Sanctorum vitam. Respondeo mihi videri cum Deciano

allato à Castro Pal. loc. cit. n. 6. quod & eidem Castro Pal.

Azor, aliiisque ab ipso cit. non importare blasphemiam.

Ratio est, quia non est saltem certus sensus, quod amittat

Deus, vel Sancti vitam, si ita non est. Quo pacto efficit

in dieo blasphemia, si quidem enuntiantur Deus, vel

Sancti quasi subjecti afflictionis vite. Sed sensus est

similis illi legitimo juramento, Vivit Deus, id est, sicut

Deus vitam haberet, sic (per similitudinem, quoniam toties

diximus) verum est, quod dico. Confirmo: nam qui ju-

rat, per vitam patris se aliiquid facturum, hunc sensum

facit, sicut meus Pater vivit, illumque vivere fir-

miter volo, ita firmiter doc. quod promitto facere

intendo.

24. Confirmo secundum. Quid per vitam Dei, vel sui

Patris jurat, si interrogatus, an injuriam illis facere velit,

per negabat, quia tota sua intentio est ostendere firmita-

tem sui dicti, vel promissionis, & nil præterea. Confirmo

tertius. Ille qui sic dixit, Aeneid. 9. Per caput hoc juro, per

quod Pater ante solebat, explicuit Patrem jurasse solitum

per caput, seu per vitam Filij, ostendens amorem, quo

Pater filium prosequebatur, Alium enim, per quem jura-

mus, amamus & reveremur: in tali igitur modo jugandi

ne implicitè quidem contumelia includitur: pari igitur

modo in iuramento per Dei, vel Sanctorum vitam.

Quarto, certum est illud juramentum, quo dicitur Deus

Gen... Per memetipsum juravi, sicut venerandum nec so-

lum licet: ergo etiam potuisse Deus jurare per vi-

ta suam, cum aequivaleret illi: cur ergo homo non pos-

sit jurare per memetipsum, & per vitam suam, & confe-

querenter per vitam sui Patris; & præterea, cur illud ju-

ramentum, quo uirut Deus, non possit cum reverentia imi-

tari creatura, dicens, per vitam Dei? Dic, amice Lectori,

nōne idem est per Deum jurare, quod est per omnes

licitum, ac jurare per vitam Dei? uil enim aliud est vita

Dei, nisi Deus ipse: si ergo licitum est juramentum,

blasphemia nequam erit.

25. Dubitatur quintus, ad nominare, seu jurare per

membra honesta Christi Domini, vel Sanctorum, ut per

capillos, per caput, per oculos Sanctorum, vel Dei.

id est, Christi, si blasphemia? Respondeo cum Sanch.

25. loc. cit. num. 25. non esse, quia ea membra nominando

nihil additur Deo, vel Sanctis, nihil tollitur; ne ea no-

ninare in ullam vergit Dei contumeliam: si tamen irri-

torum, vel contumeliosum nomines, blasphemabis, ut ex se

patet, & merito id solum reprehendunt sacri Canones

c. si quis 22. q. 2. n. 1. Authentica, Ut non luxuriantes homi-

nes, coll. 6.

Hinc non est blasphemia, dicere ex indignatione con-

tra hominem, vel jumenta: Corpus di Dio, con voi.

Al Sangue di Dio: Sacramenta Dei, o vulnera Dei: ita idem

Sancti. n. 30. quia tota indignatio est contra eas creaturas.

ut lupponimus, & ex alia parte, nomine Dei, Chris-

tum, qui Corpus habet, & Sanguinem intelligere semper

per Christiani, nisi expressè Deum notare velint, præsu-

per. Quamvis ergo predicta verba in ea indignatio-

ne effundere sit peccatum irreligiositatris contra secun-

dum præceptum: Non usurpabis nomen Dei frustas, unde

recte absterri ab hujusmodi loquutionibus debent fi-

deles, tamen non nisi tecum peccari venialiter docet me-

ritudo Layman. lib. 4. tr. 10. cap. 6. n. 8. citans Caiet. Arm.

Sanch. Valent. Suarium, cum indignatio tota feratur, ut dicebamus, contra creaturas. Si autem ex ira, & passione

in Deum talia verba proferres, esset blasphemia, quia in

actu exercito significaretur, Deum indignationem mo-

ri, & ergo summa esset blasphemia, aduersus Deum

irasci, ex Castro Pal. l.c.n.7.

De penitentia blasphemorum, de qua etiam
absolutione.

26. Nullæ poenæ sunt in jure contra metos blasphemos latas; Ferenda autem à Jūdice, quænam sit, pertinet ad forum externum examinare, id quod satis eruditus facit Castro Pal. tom. 3. diss. 2. de sent. p. 2. §. 5.

27. Absolutio blasphemie hereticalis cum errore intellectus petenda est ab eo, qui heretikon absolvere potest, de qua re nos supra, cap. 1. §. 2. satis disputavimus.

At blasphemis quæcumque quamvis atrocissimi, sed non continentibus heretico formaliter, hoc est, quamvis contineat verba hereticalia, non tamen cum errore mentis interno affectualis, possunt absolviri in foro conscientia à quoconque Confessori ordinatio, nisi in ea Diceatur simili signaculo reservata. Ratio hujus Doctrinae est ea, quam diximus eam de Maleficij absolutione traximus. Supradictis. §. 2. n. 15. Nam propterea hic repetenda nequaquam est, legge ita Dianam part. i. tract. 5. ref. 7. & cursus p. 3. tract. 4. ref. 143. & p. 4. tract. 4. ref. 240. Ego enim quicquid tantisper appetere.

FINIS LIBRI SECUNDI.

Lauda Deo, Beatisima Virgini, ac Beato Aloysio.



LIBER TERTIVS.

DE SECUNDO DECALOGI PRÆCEPTO.

Non assumes Nomen Domini tui in vanum.

PECCATORIS, & germana tractatio secundi Præcepti est ea, quæ actus bonos, vel pravos circa honorem Deo debitam suscipit explicando. Ideo enim jubetur Dei nomen non esse in vanum assumendum, ne is congruè reverentia defraudetur. Quoniam vero propriæ connexionem materialium, pleraque de eadem in primo præcepto sunt disputata, superest hic solum de Juramento, Adjurationeque Juramento affini, ac de Voto differere; iis enim, si ritè ea nuncupentur, obseruenturque, honore Deus afficitur; secus, contraria.

CAPUT PRIMUM.

De Juramento in communi.

§. 1. Quid sit Juramentum.

1. **S**T INVOCATIO DIVINI TESTIMONIJ AD FACIENDAM fidem; ita S. Thom. 2. 2. q. 89. art. 1. Aliquando autem explicitè assertur Deus in testem, ut quando juratur per ipsum Creatorem: aliquando vero solum tacite, ut quando juratur per creaturam, referendo ad Deum, modo explicando infra, §. 3. & utroque modo peccare est juramentum, quia in utroque dictum testimonium invocatur.

2. Potest item hujusmodi Dei invocatio exhiberi verbo, n. tu, facto, mente. Verbo, ut si ore proferas, dicando, v. g. vero per Deum hoc ita esse, hoc me factum est. Natura, ut si tibi dicatur: Iures per Deum, tu vero oculis vel capite annuas. Facto, ut si cui offeratur juramentum cum Libro Evangeliorum, ipse vero illum tangat, eo enim ipso, ceteri nihil proferat, jurare censetur. Idem evenit si scribat scriptor: jurisurandi formam continent; propria enim subscriptio, ipsissimum est juramentum.

Mente denique, ut si quis intra animum suum juret. Quare si quis se aliquid factum mente sic spondeat, obligabitur in foro conscientia, ex virtute Religionis, quia jam invocat Deum in sua sponsionis confirmationem: sicut, ut in foro externo confiteri, (utique item certi alteri parti acceptanti, unde irrevocabilis ex vi iustitia promissio fuit) necessarium sit aliquod ex tribus etis externis signis.

3. Ritus aliquando genus Deus invocatur, aliquando à Gentilibus, falsus; & hoc posterius verum juramentum non est, quia divinum testimonium nequaquam inveniatur. Unde sequitur promittentem quid sub juramento Dei falsi, solum teneri ex conscientia erronea, quia putat se vere jurasse; at si errorem deponeret, adverteret quod se Deum verum in testem non adduxisse, minime tenerit ex vi juramentum, sed solum ex vi promissionis, seu fiducia humanae.

Quod peccatum sit cooperari cum juraturo per falsos deos, dicam mox §. 3. n. 7. & per occasionem innui supra, §. 1. de maleficio lib. 2. c. 2. §. 2. n. 7.

4. Quid si quis juratur per haec Evangelia, & deinde adverteret illum non fuisse Librum Evangeliorum, sed profanum, sed papyracium, sed lignaceum, ad libri formam edolatum? Respondeo hunc verum nunc pastis juramentum, si quidem error fuit materialis, dum interim ipse intenderet per veram Evangelia jurare. Non sic fuit modus in Ethnico, qui ita juravit per Jovem, ut per verum Deum, quem ipse non cognoscit, jurare nullatenus intenderet; si enim intenderet, ac sub Iovis nomine verum Deum, licet imprudenter, invocare voluisse, certè verum emisisse juramentum, eisque omnino stare, etiam errore deposito, debet.

5. Sed hinc oritur quæstio frequentissima praxis. Jurat quis per fiduciam in veritate, certi, profecti, &c. ex predicta conscientia erronea putans se vere jurare, obligaturae ad rem tali juramento promissam, si doctior fatus resciat illud, quia Deum non invocavit, nequaquam fuisse juramentum.

Respondeo, hac in re certum est primò, si is scivit in illis verbis non invocari Deum, sed solam propriam fidem